

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Liber decimussixtus

urn:nbn:de:bsz:31-67095

qui Asiam tenuere, præter eos, nec ij Græcos, nec Græci illos antea nouerant, nisi perparum admodum quantū fama percepissent. Nam nec Homerus Medorum, Syrorūque imperium nouit. Nam cum Ægyptias Thebas, & earum et Phœnicū diuitias nominet, nequaquam Babylonis & Ecbatanorum opes conticuisse. Ac primo quidem Græcis Persæ imperauerūt, Lydi uero nō toti Asiæ, sed parti per exiguæ solum cis Halym sunt dominati. Idē non diu, Cræsi & Alyattis tempore, sed si quam famam habebant, eam amiserunt à Persis superati. Persæ quàm primum Medorum res euerterunt, Lydos subegere, & Græci qui in Asia erant, illis paruerunt, postmodum in Græciam traicientes sepe multisq; certaminibus uicti sunt. Asiam tamen usque ad mare tenuerunt, donec à Macedonibus sunt debellati. Cyrus eos primum in imperio constituit, cuius successor Cambyfes filius, à Magis sublatu est. Septem uero Persæ qui Magos interemerunt, Dario Hystaspis filio imperium tradidere. Cuius successores in Narsē desierunt, quem cum Bagous eunuchus interfecisset, Dariū regem fecit, quanquam ē stirpe regia nō erat. Sed cum Alexander hunc euertisset, ipse xi. annis regnauit. Postea Asiæ imperium in complures successores, & ab eis profectos diuisum, euersumq; est. Permanēt tamen annis cc. & l. nunc iam per sese sunt, ac reges qui olim Macedonibus paruere, nunc Parthorū regibus subiectos habent.

LIBRI DECIMI QVINTI FINIS.

ARGVMENTVM DECIMISEXTI LIBRI.

Sextusdecimus circa Assyriam uersatur, in qua Babylon est, & Nisibis, urbes maximæ. Item circa Adiabenam, & Mesopotamiam, & Syriam, & Phœniciam, & Palæstinam, Arabiam omnem, & quæcunque Indica Arabiam contingunt. Item Saracenorum regionem, quam Scenetim uocat, & omnem Rubro mari, & mortuo adiacentem.

STRABONIS

GEOGRAPHICORVM

LIBER DECIMVSSEXTVS.



Assyrii.
Babylonia.
Aturia.
Ninus.
Apolloniatis.
Elymaei.
Paretacae.
Chaonetis.
Zagrus mons.
Dolomena.
Calachena.
Chazena.
Adiabena.
Mesopotamia.
Gordiaei.
Nisibis opp.
Syri nigri.
Syrorum nomen
Leucosyri
Ninus opp.
Babylon.

Semiramis.

semiramidis
opera.

Orbacus.

Arbela opp.

Lycus flu.

Gangamela.

Darius ubi su-

peratus.

Arbelus.

Nicatorius m.

Caper flu.

Artacena.

Demetrias.

Aeneae templū.

Naphtha.

Sadrace.

Babylonis situs

ERSIAE ac Susianæ iuncti sunt Assyrii. sic enim Babylo-
niam & maximam circumstantis regionis partem uocāt,
cuius etiam Aturia est, in qua sunt Ninus, Apolloniatis,
Elymaei, Paretacae, & Chaonetis, Zagro monti proxima.
Item campi Nino uicini, & Dolomena, & Calachena, &
Chazena, & Adiabena, & Mesopotamiæ gentes, Gor-
dyæis & Mygdonibus ijs proximæ qui circa Nisibim
sunt, ijsq; qui ad Euphratis pontem, & ad multam trans
Euphratem regionem, quam Arabes tenent, & qui proprie nunc Syri appellatur,
usq; ad Cilices & Phœnices & Libes, & Ægyptium pelagus, & Issicum sinum. Sy-
rorum nomen tendere uidetur à Babylonia usq; ad Issicum sinum, & ab hoc olim
usq; ad Euxinum. Quare utrique Cappadoces tum qui ad Taurum, tum qui ad
Pontum iacent, ad hoc usque tempus Leucosyri appellantur, ac si sint aliqui Syri
nigri, hi autem extra Taurum sunt. Taurum dico eum qui ad Amanum usque no-
men extendit. Qui de Syrorum imperio scribunt, cum Medos à Persis euerfos di-
cunt, Syros autem à Medis, nullos alios Syros intelligunt, quàm qui Babylonem,
ac Ninum regni caput effecerunt, quarum alteram Ninum scilicet Ninus in Atu-
ria condidit, cuius uxor Semiramis, regno succedens condidit Babylonem, atq; ij
Asiam tenuerunt. Semiramidis opera præter ea, quæ apud Babylonem sunt, mul-
ta per uniuersam ferè hanc continentem ostenduntur, ut aggeres, qui Semiramidis
uocantur, & mœnia, & munitio num fabricæ, & aquæductus, & scalæ & fossæ in
fluminibus & lacubus, & uia, & pontes. Posteris uero suis imperium reliquerunt
usq; ad Sardanapalum, & Orbacum, quod postea in Medos translātū est. Sed Ni-
nus post euerfos Syros, extemplo deleta est. Ea multo maior erat Babylone, in Atu-
riæ campo sita. Aturia similis est ijs locis, quæ circa Arbela sunt, & Lycum flumen
intermediū habet. Arbela enim ad Babyloniā pertinent, & iuxta eam sunt. Trans
Lycū uero Aturiæ campi, Ninū circuniacent. In Aturia quoq; uicus est nomine
Gangamela, apud quē Darius superaus amisit imperiū, quare hic locus insignis
est, eius nomen Cameli domus interpretatur. Sic enim eū Darius Hystaspis filius
nominauit, cum possessionē hanc camelo defessæ in alimentū daret, præsertim in
uia, qua per deserta in Scythiam cum oneribus itur. In quibus regi etiam alimen-
tum erat. Macedones cum hunc uicum tenuem uiderent, Arbela uero habitationē
admirabilem, ab Arbelo, ut tradunt, Athmongi filio condita, circa Arbela & præ-
lium & uictoriam fuisse diuulgarunt, atq; sic scriptoribus tradiderunt. Post Ar-
bela & Nicatoriū montem, quem sic Alexander nominauit, uicto apud Arbela præ-
lio, est flumen Caper, in tanta distantia in quanta Lycus. Regio ipsa Artacena dici-
tur. Circa Arbela est urbs Demetrias. Postea est fons, q naphtha fluit, postea ignes,
& Aeneæ templū, & Sadrace Darij regia, eius qui Hystaspis filius fuit, & cupresse-
tum, & locus ubi Caper trāsitur, iam cū Seleucia & Babylone cōiunctus, Babylon
in

in campo iace-
nem pedum x
rum sexagenū
transire possit
in figura quad
continentur se
tabellarum for
ut arbores ma
tam ipsa quar
sus scalares hal
in hortos affer
urbem interlu
Beli sepultura
erat quadrata,
dium obtineb
multi tempori
bus mensibus
bus & mors o
glecta sunt, & u
donum neglig
didit ad stadia
urbem maxim
ior est, quanqu
gnis urbibus,
solitudo est. In
ædificia faciun
ea illinientes co
domus, quæ c
ex parte nuda,
siana, & in ora
cum imbribus
dam in Babyl
tibus, qui Cha
teris non recip
tata, Arabibu
nomicorum g
peni, & alij co
niones sequun
ciunt, quemac
ex Seleucia Cl
næ & Apollin
multitudo, qu
diuntur. Baby
ræacenis: Ab
am: A septent

in campo iacet, muri ambitum habet CCC. & LXXXV. stadiorum. Eius crassitudi-
nem pedum XXXII. Altitudinē inter turre cubitorū quinquagenūm, turriū ipsa-
rum sexagenūm, uiam super mœnibus tam latā, ut quadrigæ occurrētes facile per-
transire possint. Vnde & hoc ex VI. spectaculis unum dicitur. Item horti pensiles
in figura quadrata, quorū latus quodlibet quaternūm est iugerum. Hi fornicibus
continentur sese in forcipis modum intercidentibus, sitis super pilis in aleatoriarū
tabellarum formam, alius super alia positarum. Pilæ concauæ sunt & terra plenæ,
ut arbores maximas consitas recipere possint, ex lapide coctili & bitumine structę,
tam ipsæ quàm fornices & fornicum interfectiones. Supremum tabulatum ascen-
sus scalares habet, & cochlias ipsis adiacētes, per quos continue aqua ex Euphrate
in hortos afferebatur ab hominibus ad hoc ipsum cōstitutis. Nam flumen mediā
urbem interluit, eius latitudo stadiū occupat, horti super flumine sunt, ubi etiam
Beli sepultura est nunc eruta, quam Xerxes eruit, ut fertur. Ea pyramis quædam *B. li sepul.*
erat quadrata, ex latere coctili structa, stadij altitudine, cuius quodque latus sta-
dium obtinebat. Hanc Alexander reparare uoluit, sed cum multi laboris esset &
multi temporis (nam solum ad expurgandam terram x. millibus hominum, duo
bus mensibus opus erat) quod inceperat perficere non ualuit. Illico enim mor-
bus & mors consecuta est. Id posteriorum nemo curauit, quinetiam reliqua ne-
glecta sunt, & urbis partem Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit & Mace-
donum negligentia, præsertim ubi Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim con- *Seleucia.*
didit ad stadia CCC. Babylonī proximam. Nam & ille & posteri omnes circa hanc
urbem maximopere studuerunt, & regni caput effecerunt, & nunc Babylone ma-
ior est, quanquā magna ex parte deserta, ut id facile de ea dici possit, quod de ma-
gnis urbibus, quæ in Arcadia erant à quodam dictum est, Magna ciuitas magna *Prouerb.*
solitudo est. In ea propter lignorum inopiam ex palmaceis trabibus & columnis
ædificia faciunt. Circum columnas funes ex torta stipula confectos ponunt, post-
ea illinientes coloribus pingunt. Portæ bituminatæ & altæ sunt tam ipsæ, quàm
domus, quæ omnes propter lignorum penuriam fornicantur. Nam regio magna
ex parte nuda, nihil habet præter frutices & palmam quæ & in Babylonia & in Su-
siana, & in ora Persiæ, & in Carmania permulta est. Imbrice autem non utuntur,
cum imbribus careant. Susiana Sitacena similis est. Constituta est habitatio quæ-
dam in Babylonia philosophis indigenis, plurimum circa philosophiam uersan-
tibus, qui Chaldæi appellantur. Sunt ex eis qui genethliologiam simulent, sed à cæ- *Chaldæi.*
teris non recipiuntur. Est alia Chaldæorum natio & Babyloniæ regio ab eis habi-
tata, Arabibus & mari proxima, quod Persicum appellatur. Chaldæorum astro-
nomicorum genera multa sunt. Nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsip- *Orcheni.*
peni, & alij complures, qui tanquam per sectas eisdem de rebus alias atq; alias opi- *Borsippeni.*
niones sequuntur. Et mathematici quoque de nonnullis eorum mentionem fa- *Cidena.*
ciunt, quemadmodum de Cidena, & Naburiano, & Sudino. Nam & Seleucus *Naturianus.*
ex Seleucia Chaldæus est, atq; alij complures illustres uiri. Borsippa ciuitas est Dia- *Sudinus.*
næ & Apollini sacra. In ea maximum linificium est, & maxima uespertilionum *Seleucus.*
multitudo, qui longe maiores sunt quàm in cæteris locis capiuntur, & in esum con- *Borsippa.*
diuntur. Babyloniæ regio ab oriente complectitur à Susijs & Elymæis & Pa- *Vespertiones*
rætacenis: Ab occidente ab Arabibus Scenitis, usque in Adiabenam, & Gordiæ- *Babyloniæ*
am: A septentrione ab Harmenijs ac Medis usque ad Zagrum montem, & gentes *regio.*
Cordiaa.
Zagrus.

circa eum habitantes. Regio à multis fluminibus irrigatur, quorum maximi sunt
 Tigris & Euphrates. Hæc enim flumina fecunda sunt, post Indica ad australes
 Asiæ partes defluentia, & per alterum, Opim nauigatur, & in eam quæ nunc Se-
 leuca dicitur (Opis autem uicus est circumstantium locorum emporium) per alte-
 rum uero Babylonem, supra tria millia stadiorum. Sed Perse uolentes de industria
 nauigationem prohibere, canales manufactos construxerunt, extraneorum inua-
 sionum metu. Alexander cum aduentasset, quotquot potuit restituit, eos præfer-
 tim qui Opim deferebant, & fossas maximas duci curauit. exundat enim Euphra-
 tes in æstate, à uere incipiens, cum iam niues in Armenia liquefiunt, ut necesse sit
 stagnari arua, atq; obrui, nisi quis ingruentem fluxum, & aquarum uim per fossas
 & canales diuertat, quemadmodum Nilum in Ægypto, atq; ob hoc quidem ca-
 nales deducti sunt, sed opera multa opus est. Nam cum terra profunda sit, & mol-
 lis ac facile cedat, facile ab aquis trahitur & campos nudat, & limus fossas implet,
 & eorum ora obstruit. Vnde rursus aquarum effusionem fieri contingit, quæ in
 campos egressa, lacus & paludes ad mare efficiunt, & arundineta, è quorum arun-
 dinibus uaria contexuntur uasa, quorum quæ liquida suscipiunt, bitumine illinun-
 tur, cætera nuda, & lituræ expertia relinquuntur, fiunt etiam uela arundinea, storeis,
 & cratibus similia. Hæc inundatio omnino prohiberi non potest, afferri autem ali-
 quod remedium potest, quod optimorum principum opus est. Remediū est, mul-
 tam aquarum effusionem obstruendo prohibere, fossarum uero repletionē quam
 limus efficit, eas expurgando & ora aperiendo purgatio facilis est, obstructio labo-
 riosa. Nam cum terra facile cedat & mollis sit, aggestum limum non sustinet, sed ce-
 dendo & ipsa trahitur, & os effossu difficile reddit. Nam & celeritate opus est, ut ci-
 to fossæ claudantur, & ne omnino ab eis aqua elabatur. Fossæ enim per æstatem
 arefactæ, flumen arefaciunt, quod humide factum deriuationes ad tempus prabe-
 re non potest, quibus regio perusta & æstuosa per æstatem plurimum eget. Nam
 nihil refert siue aquarum multitudine obruantur fruges, siue siti depereant. Præ-
 terea cum nauigationes ualde utiles sint ab antedictis causis impeditæ, aptari non
 possunt, nisi fossarum ora cito aperiuntur, & cito claudantur, ut semper fossæ me-
 diocritatem seruent, ne in eis aqua redundet neue etiam deficiat. Refert Aristobu-
 lus Alexandrum ipsum nauigantem, & scapham gubernantem operi præfuisse, &
 cum cætera multitudine fossas emundasse, & ora obstruxisse, & nonnulla aperuis-
 se. Cumq; fossam quandam ad paludes & lacus, qui sunt Arabiam uersus tendere
 animaduertet, habentem os intractabile, & obstructu difficillimum, propter ce-
 dentem & mollem terram, aliud nouum os aperuisse xxx. stadiorum capto loco
 petroso, atq; traducto alueo. Idq; tum prouidendi gratia fecisse, tum ne Arabia om-
 nino difficilis esset ingressu, propter lacus & paludes, cum propter aquæ multi-
 tudinem iam effecta insula uideretur. Habebat enim in animo regionem eam
 adipisci, simulq; & classem & receptacula parauerat, nauigia quoq; partim in Phœ-
 nicia Cypriq; construxerat, tum plicatilia, tum compacta, quæ stad. septem Tha-
 psacum portata, postea Babylonem flumine deferrentur, partim in Babylonia edi-
 ficauerat, ex hortorum & lucorum cyparissis. Nam in eo loco materiei inopia est,
 apud Cossæos uero & nonnullos alios mediocris copia. Hoc prætextu maxime
 motum bellū dicunt, quod soli Arabes ex omnibus gentibus legatos ad eum non
 misissent, sed reuera cupientem omnibus dominari, & quoniā duos tantū deos ab
 illis

illis coli auditi-
 dant, se tertiu-
 bebant, illis p-
 principum se-
 lacuum men-
 beret, subterra-
 ea flumina er-
 lacus & uora-
 fusions, quæ
 sunt. Isthmus
 lius erat, aqua
 & aridam reg-
 has montes m-
 inundare, cum
 millibus stadi-
 niibus press-
 montiu altitu-
 ro scissos ac di-
 cipi, quod itac-
 dit, & sic mon-
 habent, parti-
 tantur. Sed ni-
 dem montis
 illæ niuem re-
 quæ sunt Bab-
 te ab australi
 tibus aquam
 menia declar-
 in parua Ha-
 ciam & Taur-
 tamiam diste-
 quæ summa
 hæc sunt. Re-
 ut dicitur. C-
 fit, & textilia
 cerati bobus
 in quo ccc.
 untur. Cæ-
 multum inn-
 in Susiano a-
 fons est prop-
 & ipse auget
 ad ædificia i-
 agro Babyle
 ædificia uale

illis coli audisset Iouem scilicet & Bacchū, qui quæ ad uitam pertinent principalia dant, se tertium existimasse cultum iri, si uicisset, & patriam libertatem quā prius habebant, illis permisisset. Atque hæc Alexandrum circa canales effecisse, & regum & principum sepulturas, quarum plurimæ in lacubus erant, reportasse. Eratosthenes lacuum mentionē faciens, qui apud Arabiam erant, dicit cum aqua exitū non haberet, subterraneos meatus aperuisse, ac per illos usque in Cœlosyriam deferri, & in ea flumina erumpere, quæ circa Rhinocorura, & Casium montem sunt, atque ibi & lacus & uoragines efficere, quæ haud scio an uerisimilia dixerit. Nam Euphratis effusiones, quæ Arabiam uersus, & lacus, & paludes efficiunt, mari Persico proxime sunt. Isthmus autē qui ea dirimit, nec sanè multus est, nec petrosus. Quare uerisimilius erat, aquam in mare impelli, siue sub terram ultra quæ sex millia stadiorū siccam & aridam regionem permeare, præsertim cum Libanus & Antilibanus, & Marsias montes medijs essent. Atque hi quidem hæc dicunt. Polycletus negat Euphratem inundare, cum per campos maximos feratur, montium uero nonnullos duobus millibus stadiorum abesse, Casios ad mille distare, non admodum altos, nec ualde niuibus pressos, nec confertam niuium liquefactionem inducentes. Nam maxime montium altitudines in borealibus partibus sunt, ultra Ecbatana. In australibus uero scissos ac dilatatos plurimum deprimi, simulque maximam aquæ partem à Tigri excipi, quod itaque ultimo dicitur, aperte absurdum est. In eisdem enim campos descendit, & sic montium altitudines, quæ inundare dicuntur, inæqualitatem quandam habent, partim quod borealia magis attolluntur, partim quod meridionalia dilatantur. Sed nix non modo altitudine montium, sed climatibus iudicatur. Et eiusdem montis boreales partes magis niuibus tanguntur, quam australes, & diutius illæ niuem retinent, quam hæc. Cum itaque Tigris ex supremis Harmeniae partibus, quæ sunt Babyloniae proximæ, niualem aquam suscipiat non sanè multam, utpote ab australi latere descendente, minus inundabit. Euphrates uero ex utrisque partibus aquam recipit, non ex uno monte solū, sed ex multis, ut in peragratione Harmeniae declarauimus, addita etiam fluminis longitudine, quantum in magna & in parua Harmenia percurrat, & quantum ex parua Harmenia per Cappadociam & Taurū uadens Tapsacum usque defertur, inferiorem Syriam & Mesopotamiam determinans, & quantum reliquum est usque ad Ostia & Babylonem, quæ summa est triginta & sex millium stadiorum. Quæ quidem canales attinent, hæc sunt. Regio hordeum fert quantum alia nulla. nam modios trecentenos affert, ut dicitur. Cætera uero ex palma præbet. Ex ea enim panis & mel & uinū, & acetū fit, & textilia uaria. Nucleis pro carbonibus fabri ferrarij utuntur. Qui in aqua macerati bobus & ouibus in pabulū dantur. Dicunt esse carmen quoddam Persicum in quo ccc. & sexaginta palmæ utilitates numerentur, oleo frequentius sesamino utuntur. Cætera loca huius arboris penuriam habent. In Babylonia etiam bitumen multum innascitur, de quo Eratosthenes dicit, liquidum, quod naphthan uocant, in Susiano agro nasci, aridum uero, quod congelascere potest, in Babylonio, cuius fons est prope ipsum Naphthan. Hoc autem inundate ex liquefactione niuium, & ipse augetur, & effusionem in fluuium facit. Hic glebæ maximæ concreantur ad ædificia idoneæ, quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Sunt qui liquidum etiam in agro Babylonio innasci dicant. De arido quidem dictum est, quod præsertim ad ædificia ualet, dicunt etiam nauigia contexi, quæ bitumine illata constipentur. At

*Arabum dij.**Alexander diuinos honores affecit.**Cœlosyria. Rhinocorura.**Libanus. Antilibanus. Marsias. Casij montes.**Hordei uberr. prouenit. Palmæ usus uariis.**Sesaminum oleum. Bitumen.*

Naphthæ natu liquidum, quod naphtham uocant, admirabilem quandam naturam habet. Nam
ra. igni admotum eum corripit, & si corpus eo illitum igni admoueris, deflagrat, nec
 aqua ullo pacto extingui potest, sed magis ardet, nisi ualde multam superinfuderis.
 Cæno & aceto, & alumine, & uisco oppressum extinguitur. Vnde Alexandrum
 tradunt, experientiam gratia, puero cuidam in balneo naphtham insperxisse, ac lucer
Naphthæ font mas euicissent, ac puerum seruassent. Posidonius dicit ex fontibus naphthæ Baby
 lonij, quosdam nigrum naphtham, quosdam album producere, atque ex his alios
 esse liquidum sulphuris, eos scilicet qui album naphtham habent, quam & flammæ
 arripiant. Eos uero qui nigri bituminis sint, liquidos esse, & pro oleo in lucernis
 uti. Babylon olim Assyriæ fuit metropolis, nunc Seleucia est quæ ad Tigrim dici
Babylon.
Seleucia.
Ctesiphon ui-
cus.
 tur. Prope eam uicus maximus est nomine Ctesiphon, in quo Parthorum reges
 hyemabant, Seleuciæ parentes, ne à Scythica & militari natione opprimeretur.
 Hic uicus ciuitatis potentiam ac magnitudinem habet, adeo ut Parthorum multi
 tudinem & apparatus omnem recipiat, ac uenalia & necessaria artificia illis sup
 peditet. In eo Parthorum reges in hyeme propter aëris temperiem degere solent,
 æstatem uero in Hyrcania & Ecbatanis agunt, propter ea quæ antiqua fama obti
 net. Et quemadmodum Babyloniam regionem uocamus, sic indigenas Babylo
Babylonia.
Babylonij.
Diogenes Stoi-
cus.
Artemitta.
Sitacena.
 nios dicimus, non ab urbe, sed à regione. A Seleucia uero nequaquam, & si illic sint,
 ut Diogenem philosophum Stoicum. Est autem Artemitta insignis ciuitas quingen
 tis stadijs à Seleucia distans, plurimum ad orientem exposita, quemadmodum Si
 tacena. Nam & ea multa & opulenta inter Babylonem & Susianam iacet, quare ex
 Babylone Susa euntibus, totum iter per Sitacenam est. Ad orientem uero ex Susis in
 Persiæ mediterraneam euntibus, iter est per Vxiam, quemadmodum his qui ex Per
 sia in medios Carmanios proficiscuntur. Carmaniam igitur à septentrione Per
Carmania.
 sia circumdat, quæ multa est cum Parætacenis & Cossæis cõiuncta usque ad Caspias
 portas, montanis sanè gentibus ac latrocinijs. Susiæ coniungitur Elymaïtica, quæ
 magna ex parte aspera est, & latronibus referta. Elymaïtica Media, & quæ Zagro
Elymaïtica.
Cossæi.
 sunt proxima. Cossæi magna ex parte sagittarij sunt, quemadmodum & montani
 eis finitimi, qui semper latrocinia exercent. Paruam enim ac sterilem regionem in
 colentes, ex alieno uiuere, & ualentes esse oportet. Omnes enim bellaces sunt, &
 cum Elymaï cum Babylonijs, Susijsque bellum gererent, illos in societate habuerunt,
 tredecim hominum millia conferentes. Parætaceni, quanquam magis agriculturam
Parætaceni.
 exerceant, quam Cossæi, nec ipsi tamen à latrocinijs abstinent. Elymaï plus terræ
 possident, quam hi, & magis uariam. Quæcunque itaque ferax est incolas agriculto
 res habet, montana uero milites nutrit magna ex parte sagittarios, & cum multa sit,
 multum exercitum emittit. Vnde cum rex eorum potentiam maximam habeat,
 non patitur Parthorum regi obtemperare, quemadmodum alij. Eodem modo se
Antiochus.
 erga Macedonas habebant, qui postmodum Syriæ imperauerunt. Antiochum
 quidem magnum eum qui Beli templum spoliare conatus est, finitimi Barbari ex
 sese adorti interemerunt. Parthus ex his quæ illi euenerant edoctus, & tempore post
 audiens templa esse apud eos opulenta, uidensque minime obtemperantes, ui magna
 inuasit, & Palladis templum ac Dianæ, quod Azara dicitur, cepit, decem millibus
Azara.
Hedyphon flu.
Seleucia.
Soloce.
 talentorum ablatis. Capta est etiam prope flumen Hedyphontem Seleucia magna
 ciuitas, quæ prius Soloce uocabatur. Tres sunt in eam regionem aptiores ingressus,
 ex

ex Media qui
 nam. Gabian
 ex Persia, est et
 & Silaceni, pa
 tra Babyloniam
 Ad occidentem
 nes est, ea præ
 pem habeat, n
 lonij, præter o
 cem adorirent
 ad Parthorum
 Armenijs au
 pti nunquam, im
 bona quid est
 & gentibus q
 Assyriorum f
 ue: o habent, q
 puellas nubiles
 significant, ac
 untur. Quoti
 quam quicqu
 mortuis. On
 qua re Vener
 entibus, quæli
 super eius gen
 argentum Ve
 emeriti, & nob
 de adulterijs i
 uis exponen
 rit. nam nemo
 salutare habet
 lana, amictum
 stantetiam fig
 malo, uel rosa
 mortuos ut A
 Tres sunt nat
 admodum G
 eam inter Eu
 dentale uero
 dirimit à Me
 est duorum m
 nes à Thapla
 itu, ubi Alexa
 xta Seleuciam
 per mediam e

ex Media quidem & locis Zagro uicinis, per Massabaticam ex Susia, per Gabiana nam. Gabiana & Massabatica Elymaeorum sunt prouincia. Tertius ingressus est ex Persia, est etiam Cyrbiana Elymaeorum prouincia. His finitimi sunt Sagapeni, & Silaceni, parui sanè principatus. Atque hæ sunt gentes quæ orientem uersus ultra Babyloniam habitant. Ad septentrionem Mediam diximus & Armeniam. Ad occidentem est Adiabena, & Mesopotamia. Maxima Adiabena pars planities est, ea præsertim quæ pertinet ad Babyloniam, quanquam proprium principem habeat, nonnunquã Armeniæ adhærescit. Nam Medi, Armeni, ac Babylonij, præter omnes alias gentes quæ hic sunt, ita erant ab initio constituti, ut se inuicem adorirentur, ut cuiq; opportunum uidebatur, rursus conciliarentur, quod usq; ad Parthorum imperium permansit. Medis itaq; atq; Babylonij Parthi imperant, Armenijs autem nunquam. Inuasiones tamen sepe facte sunt, omnino autem capti nunq; imò Tigranes (ut in rebus Armeniacis dictum est) fortiter restitit. Adiabena quidè est huiusmodi, Adiabeni etiã Saccopodes uocantur. De Mesopotamia & gentibus quæ ad meridiem uergunt deinceps dicemus, si prius pauca de moribus Assyriorum fuerimus persecuti. Hi itaq; in cæteris Persarum similes sunt, proprium uero habent, quod cuiusq; tribus tres uiros integros ac principales præficiunt, qui puellas nobiles in mediam multitudinem producentes, eas per præconem locandas significant, ac primo eas quæ digniores sunt. Sic enim coniugia apud eos conficiuntur. Quoties uero coierint surgunt, quisq; seorsum suffiti, lauantur mane priusquam quicquam attingant, & perinde eis lauacrum in morem est à coitu atque à mortuis. Omnibus Babyloniorum mulieribus mos est, ex causa quadam in aliqua re Venerea cum hospite permisceri, cum turba & cultu plurimo ad illum uenientibus, quælibet nostro aliquo coronatur. Qui uero ad eam admittuntur, posito super eius genibus argento quantum sibi uidetur, coit longe ea à fano abducta, id argentum Veneri sacrum est. Tres sunt magistratus eorum, qui iam militia sunt emeriti, & nobiliorum, et senum, seorsum regio posito. Primi & uirgines collocare, et de adulterijs iura reddere, secundi de furtis, tertij de rebus uolentis. Hi ægrotos in uis exponentes, interrogant prætereuntes, num quisquã morbi huius remedium norit. nam nemo prætereuntium adeo malus est, qui occurrens non admoneat, si quid salutare habet. Vestes gerunt, interiorem tunicam ex lino talarem, exteriori ex lana, amictum album, coma eis parua est, calceamentum non sanè magnum. Gestant etiam sigillum & scipionem non frugalem, sed insignem, in superiore parte malo, uel rosa, uel lilio, uel aliqua eiusmodi re ornatum. Unguntur sesamo, lugent mortuos ut Aegyptij, & alij permulti, sepeliunt in melle, cera cadauer oblinunt. Tres sunt nationes, quæ frumeto carent, Elij & Ichthyophagi, qui ita uiuunt, quæ admodum Gedrosij. Mesopotamia ab euentu rei nominata est. Dictum est enim eam inter Euphratem ac Tigrim iacere, & Tigrim orientale eius latus alluere, occidentale uero & australe Euphratem. Ad septentrionem est Taurus, qui Armenios dirimit à Mesopotamia, quare maxima distantia, qua inter se absunt, ad montes, est duorum millium & quadringentorum stad. quæ eadem est quam Eratosthenes à Thapsaco dixit, iuxta quam antiquus Euphratis pons erat, super Tigris transitu, ubi Alexander cum exercitu traiecit, minima uero distantia paulo supra ccc. Iuxta Seleuciam ferè ac Babylonem labitur Tigris per lacum, qui Thopetis dicitur, per mediam eius latitudinem, in alteram uero ripam perueniens cum multo soni-

Gabiana prouincia.
Massabatica prouincia.
Cyrbiana.
Sagapeni.
Silaceni.
Adiabena.

Saccopodes.

Assyriorum mores.

† Nolo legi dū forte. nam ἑβραϊστὶν Græce λέγεται, hoc est unculo uel corolla, funiculo, uel simili alio.
Herodot. lib. 1.

Elij.
Ichthyophagi.
Gedrosij.
Mesopotamia unde dicta.
Taurus.

Thopetis.

T

tu ac flatu sub terram ingreditur, & longe inuisibilis delatus, rursus exoritur non
Gordyæa. procul à Gordyæa, atq; adeo uehementer lacum permeat (ut Eratosthenes ait) ut
 quanq̄ lacus falsus sit, & piscibus carcat, tamen hac in parte dulcescat, & fluat, & pia
 scibus abundet. Mesopotamię coartatio in magnam sanè longitudinē exit, & quo
 dammodo nauigio persimilis est, maximam oræ partem Euphrates efficit. Distan
 tia à Thapsaco usq; Babylonem (ut Eratosthenes uult) est stadiorū quatuor milliū
 & octingentorū. A ponte uero, qui est iuxta Cōmagenam, ubi Mesopotamia inci
 pit, usq; Thapsacū, sunt non pauciora duobus millibus stadiorū. Prætermontana
 quidem regio satis ferax est. Partem eius ad Euphratem expositam, & pontem qui
 nunci iuxta Cōmagenam est, & eum qui olim iuxta Thapsacum erat, n̄ habent, qui
 à Macedonibus Mygdones sunt appellati, apud quos est Nisibis, quā Antiochiā
 Mygdoniam appellarūt, sub Masio monte sitā, & Tigranocerta, & loca quæ sunt
 circa Caras & Nicaphoriū & Chordiraza & Sinnaca, in qua Surena Parthorū im
 perator Crassum dolo captum interemit. Ad Tigrim sunt Parthorū loca, quos an
 tiqui Carduchos appellabant, & urbes quædā, e quibus est Sarasa, & Satalca, & Pi
 naca munitio optima, quæ arces tres habet, quanq; suo muro cinctam, ut quasi tri
 urbs uideatur. Veruntamen ea Harmenio paruit, & Romani eam uiceperunt, &
 si Gordyæi excellentes architecti uidebantur, & eorū instrumentorū gratiari, qui
 bus urbes obsideri solēt, unde & Tigranes eis ad hæc utebatur. Reliqua quoq; Me
 sotamia Romanis paruit, cuius magnam partem Pompeius Tigrani dedit quæ
 cunq; præcipua erat. Nam regio fecunda est, & maxime pascendis bobus idonea,
 fert quæ semper uiuent & aroma amomum. Alit etiam leones, gignit naphtham, &
 Gangetim lapidem quem serpentes fugiunt. Dicunt Gordym Triptolemi filium
 Gordynam habitasse, postea Erethrienses quos Persæ rapuerunt. De Triptolemo
 mox in rebus Syriacis dicemus. Mesopotamiæ partes ad meridiem uergentes, & à
 montibus remotas, siccas, & steriles, Arabes Scenitę incolunt, latrocini sanè homi
 nes & pastorales, qui faciliter in alia loca demigrant cum præda eis & pascua defi
 ciunt, quare cōtingit ut prætermontani ab his infestentur, & ab Harmenijs, qui de
 super imminentes propter potentiam uim eis afferunt, & tandem uel illis parent
 uel Parthis, qui ad latera sunt, Mediam atq; Babyloniam habitantes. Inter Euphra
 tem atq; Tigrim fluitaliud flumen, quod Basilius appellatur, & circa Anthemusiā
 aliud nomine Aborras. Mercatoribus ex Syria Seleuciam, & Babyloniam euntibus,
 iter est per eos qui à Maliensibus Scenitę appellantur, & per eorū deserta. Euphra
 tis itaq; transitus est eis iuxta Anthemusiā Mesopotamiæ locum. Quatuor schoe
 norum spatium trans flumen est Bambyca, quam Edesam & sacram urbem uocant.
 In ea Atargatam Syriam deam colunt. Transeuntibus uero iter est per deserta usq;
 Scenas urbem memoratu dignam, sitam super fossa quadam in Babyloniam fines.
 A fluminis transitu Scenas usq; est iter dierum uiginti quinque. Hic sunt Camelitę,
 qui diuersoria habent, partim cisternarum, partim aqueductuū aquis abundantiā.
 Scenitę pacem eis præbent & pendendorum uectigalium mediocritatem, cuius gra
 tia illi per deserta fugientes, Parapotamiam prætereunt, relicto à dextris flumine,
 trium ferè dierum itinere. Phylarchi uero qui ex utraq; parte flumen accolunt, cum
 regionem habeant non ualde feracem ac minus sterilem colant, suum quisq; domi
 natum exercent, suum etiam uectigal exigunt, idq; non moderatū. Difficile enim
 est apud homines intractabiles cōmunem aliquam mensuram definiri mercatori
 bus

*Mygdones.**Nisibis.**Masio mons.**Tigranocerta.**Chordiraza.**Sinnaca.**Surena.**Crassi caedes.**Carduchi.**Sarasa.**Satalca.**Pinaca.**Gnari, Luna**pot.**Tigranes.**Mesopotamia**fertilitas.**Gangetis.**Gordyna.**Basilius flu.**Anthemusia.**Aborras flu.**Scenitę.**Bambyca.**Edesa.**Atargata dea.**Scena.**Camelita.**Parapotamia.**Phylarchi.*

bus utilen
 Euphrates
 in Babylonia
 finitimi su
 autem rem
 citiam cole
 ipsi non pa
 tonius uero
 sit, tantum
 ret, quæ Pa
 pus Syrię p
 paldem, Ph
 metuens, &
 ualiturum,
 Arsaciorum
 crijs auferre,
 tur. Ac reli
 Syria sept
 pontem stad
 nam, dictum
 minatur Eu
 felici Arab
 rię partes à
 Seleucis Syr
 diterranea p
 cas diuidunt
 zeos, & Az
 nices, atq; ha
 gio est, & ur
 cta est. Circu
 Euphratis p
 nã à Pompo
 to interemit
 num, quas c
 bus, quę ibi
 phnen, & Se
 rores diceba
 munitissima
 ta est. Prop
 placet) in qu
 lis est, ex qua
 partem mu
 nia traduct
 Secunda pa
 Antiochi E

bus utilem. Scenæ à Seleucia distant schcenis x. & viii. Parthici imperij fines sunt Euphrates & ulterior regio, citeriora Romani tenent, & Arabum Phylarchi usque in Babyloniam, quorum quidam illis adhærescunt, quidam Romanis, quibus etiam finitimi sunt, ac minus quidem Scenitæ Nomades, qui fluuio sunt proximi, magis autem remotiores, & ad foelicem Arabiam accedunt. Parthi prius Romanorū amicitiam colebant, postea Crassum, qui belli initium fecit, ulsi sunt, quanquam nec ipsi non paria inuenerunt, cum bellum accendissent, Pacoro in Asiam misso. Antonius uero Harmenij consilio proditus, male pugnavit, at Phraates, qui illi successit, tantum circa Cæsaris Augusti amicitiam studuit ut etiam illi trophæa remitteret, quæ Parthi de Romanis erexerant. Et uocato in colloquio Tito, qui per id tempus Syriæ præerat, quatuor ei filios legitimos obsides tradidit, Saraspadem, Ceroaspadem, Phraanem, & Boonem, & duas eorum uxores, & filios quatuor, seditionē metuens, & ne sibi insidiæ struerentur. Intelligebat enim neminē aduersum se præualiturum, si nullum ex Arfacio genere assumpsisset, propterea quod Parthi ualde Arfaciorum sunt amantes, filios itaque eminus ablegauit, uolens eam spem maleficijs auferre, quare eius filij quicumque supersunt, Romæ publice ac regaliter curantur. Ac reliqui etiam reges, & legatos miserunt, & in colloquium uenere.

Syria septentrionē uersus, Cilicia, & Amano terminatur. A mari ad Euphratis pontem stadia intersunt ab Issico sinu usque ad pontem, qui est iuxta Commagenam, dictum latus terminantia, non pauciora quadringentis. Orientē uersus terminatur Euphrate & Arabibus Scenitis, qui cis Euphratem sunt, austrum uersus foelici Arabia, & Aegypto, occidentem uersus Aegyptio pelago, Issicum usq;. Syriæ partes à Cilicia & Amano incipientes, ponimus Commagenam, & eam quæ Seleucis Syriæ appellatur, postea Cœlosyriam & Phœniciam in ora ultima, in mediterranea ponimus Iudæam. Nonnulli totam Syriam in Cœlosyrios & Phœnicas diuidunt, dicentes quatuor nationes his esse immixtas, Iudæos, Idumæos, Gazæos, & Azotios, agricultores quidem ut Syros & Cœlosyros, mercatores ut Phœnices, atq; hæc quidem in uniuersum. Sigillatim uero Commagena perparua regio est, & urbem habet natura munitam Samofata regni caput, nunc prouincia facta est. Circumiacet regio quanquam parua, foecunda tamen. Hoc in loco nunc est Euphratis pons, apud quem sita est Seleucia Mesopotamiæ castellum, Commagenæ à Pompeio adiectum, in quo Tigranes Cleopatram, cui Luna fuit cognomen, to interemit, ea aliquandiu coërcita, cum à Syria excidit. Seleucensis ager portionum, quas diximus, optima est, uocatur etiam Tetrapolis, & est ex insignibus urbibus, quæ ibi sunt, & si plures sint, maxime tamē quatuor sunt. Antiochia apud Daphnen, & Seleucia in Pieria & Apamia, & Laodicea, quæ propter concordiam sorores dicebantur. Eas Seleucus Nicator condidit. Maxima ab eius patre dicta est, munitissima ab eo, Apamia uero ab eius uxore. Laodicea autem à matre nominata est. Proprie Tetrapolis in quatuor satrapias diuisa erat Seleucis (ut Posidonio placet) in quot Cœlosyria, Mesopotamia uero in unam. Antiochia etiam tetrapolis est, ex quatuor partibus constituta. Ea publico & priuato muro secundū quam partem munita est, primam partem Nicator habitauit, habitatoribus ex Antigonis traductis, quam paulo prius Antigonus Philippi filius prope construxerat. Secunda pars est multitudinis habitatorum. Tertia Seleuci Callinici. Quarta Antiochi Epiphanis, atque hæc quidem metropolis Syriæ est, & qui regioni im-

Scenæ opp.
Parthici imperij fines.
Phylarchi Arabum.
Scenitæ Nomades.

Pacorus.
Phraates.

Titus.

Arfacij.

Syria situs.
Cilicia.

Commagena.
Seleucis.
Cœlosyria.
Phœnicia.
Iudæa.
Idumæi.
Gazæi.
Azotij.
Samofata.

Seleucia.
Cleopatra Luna cognomēto

Antiochia.
Apamia.
Laodicea.
Sororia ciuitates.

Tetrapolis
Antigoniorū.

perant, hic regiam habent, potentia quidem ac magnitudine non multo à Seleucia superatur, quæ ad Tigrim est, & ab Alexandro Ægypti. Huc Nicator eos traduxit, qui de genere erant Triptolemi, de quo paulo ante fecimus mentionem, quas propter Antiochenes eum ut heroem colunt, & in Casio monte, circa Seleuciam solennia celebrant. Tradunt eum ad inquirendum Io ab Argiuis missum, cum illa apud Tyrū primo euanesceret, per Ciliciam errasse, & Argiuos quosdam, qui cum eo erant facta dissensione ibi Tarsum condidisse. Cæteros uero secutos in reliquam oram, peruestigatione desperata, apud Orontem flumen cum eo remansisse. Gordym Triptolemi filium, cum quosdam patris populos haberet, in Gordyæam colonos deduxisse. Cæterorum autem posteros cum Antiochenibus habitasse. Ultra rursus est Daphne ad stadia quadraginta mediocris habitatio, & lucus ingens & opaculus, fontanis aquis irriguus, in cuius medio est fanum et Asylum Apollinis, ac Dianæ delubrum, in quo Antiochenes finitimi festa celebrare consueuerunt. Lucus ambitus est stadiorum octoginta. Prope urbem Orontes labitur, qui ex Cœlosyria ortum habens, postea sub terram illatus, iterum emergit, & per Apamiensem agrum & prope Antiochiam procedens, in mare Seleuciæ proximum defertur, & cum prius Typhon diceretur, mutato nomine, ab illo qui in eo pontem fecit, Orontes est appellatus. Hoc in loco de Typhonis fulminatione fabulantur, & de Arimis, de quibus à nobis antea dictum est. Dicunt enim draconem fuisse, & fulminibus percussum, dum fugæ latebras quæreret, tractibus terram secuisse, & ut fons erumperet effecisse. Atque ex hoc flumini nomen inditum fuisse. Mare itaque ad occidentem Seleuciæ subiacet apud Seleuciam, ad quam Orontes ostia efficit. Seleucia ab ostijs distat stadijs quadraginta. Ab Antiochensium urbe centum ac uiginti. A mari Antiochiam nauigijs uno dicitur. Ad orientem Antiochiæ adiacent Euphrates, Babylonia, Berrhœa, et Heraclia, oppida Dionysio tyranno Heraclionis filio olim subiecta. Distat Heraclia à Mineruæ Cyristidis templo stadijs uiginti, postea est Cyristica regio usque in Antiochensem agrum. A septentrione est mons Amanus, non procul etiam Commagena, quibus Cyristica coniungitur, eò usque extenta. Hoc in loco est Tyndarus ciuitas, Cyristicæ regionis arx, & aptum latronibus receptaculum, & quoddam nomine Heraclium. Circa hæc loca Pacorus, qui erat nau grandior ex Parthi filijs ducto in Syriam exercitu, Ventidio deletus est. Tyndaro Pagræ coniunguntur, locus Antiochenis agri munitissimus, iuxta Amanum transensum, ex Amanitibus portis in Syriam positus. Quare Antiochiæ campus Pagris subiacet, per eum Arceuthus amnis & Orontes & Elabotas fluunt. In hoc campo est Meleagri uallum, & Oenoporas flumen, apud quod Ptolemæus Philomator, Bala Alexandro pugna superato, ex uulnere obiit. His imminet collis Trapezon, à similitudine appellatus, apud quem Ventidius cum Phranicate Parthorum imperatore decertauit. His ad mare est Seleucia & Pieria mons, Amanus continuus, & Rhossus inter Issum & Seleuciam posita. Seleucia prius Aquæ flumina dicebatur, ea insignis munitio est, quæ uim omnem exuperet, quapropter obsessio Tigra-ne, Pompeius eam liberam iudicauit. Antiochenibus ad austrum Apamia est, in mediterranea sita. Seleucensibus uero Casius mons, & Anticasius. Itē primo post Seleuciam sunt Orontis ostia, postea Nymphæum specu quoddam sacrum. Postea Casius, deinceps Posidiū oppidulū, & Heraclia. Deinde Laodicea optime ad mare sita & portuosa, locum habens præter cæteram feracitatē, uino aptum, quapropter

Triptolemi facta.

674.

Tarsus.

Orontes.

Gordys.

Daphne.

Orontes.

Typhon.

Arimis.

Seleucia.

Antiochia.

Babylonia.

Berrhœa.

Heraclia.

Minerua Cyristidis.

stis.

Cyristica regio.

gio.

Commagena.

Tyndarus.

Heraclium.

Pacorus.

Amanus mons.

Pagræ.

Arceuthus.

Elabotas flumen.

Oenoporas.

Bala.

Trapezon.

Phranicates.

Ventidius.

Pieria mons.

Rhossus.

Seleucia.

Apamia.

Casius mons.

Anticasius.

Nymphæum specu.

cu.

Posidiū.

Heraclia.

Laodicea.

pter maximam
nentem, uide
dentes, Ap
mediocriter
multas urbe
septem. Est
quidam lac
equis & bo
ronelius ere
fluit, & mul
phantes ale
la dicebatur
qui in Asia
Philippi &
regis equo, n
tores, hic bel
quam potest
mum declara
castello Apa
datus, quon
rerum causa
mnes, que cu
regnum ten
obstinate du
potestatem c
& exercitū re
mo habeban
iacet, item Sa
preerant. Ne
lio, qui Mar
Rhambæoni
fuerat, sed cu
miam cum E
philosophor
tima est Phy
sya monte de
magna ex pa
quo Syris m
nite, & ordi
& quæ Gan
diterranea ef
se habet. Na
Gabala, deir
rum portus.
ta. Regione

pter maximam uini partem Alexandrinis præbet, cum montem habeat sibi immi-
 nentem, uineis plenū usq; ad uertices ferè, qui longe absunt paulatim ab ea ascen-
 dentes, Apamiæ uero imminent erectam altitudinem euecti. Hanc Dolobella non
 mediocriter labefactauit, in eam fugiens, & usque ad interitum à Casio obsessus,
 multas urbis partes secum traxit. Apamia urbem habet magna ex parte optime
 septam. Est enim collis quidam in campo bene munitus, quem Orontes & ingens
 quidam lacus circumpositus, & latè paludes peninsulã faciūt, tum prata pascendis
 equis & bobus excellenti magnitudine diffundūtur. Vrbs in tuto iacet, eaq; Cher-
 ronesus è re ipsa uocata est. Regione & multa & ubere abundat, per quã Orontes
 fluit, & multa in ea oppidula sunt. Hoc in loco Seleucus Nicator quingentos ele-
 phantes alebat, & magnã exercitus partem, sic etiam posteriores reges. Ea olim Pella
 dicebatur à primis Macedonibus, propterea quod maxima Macedonum pars,
 qui in Asiam militauerant, hic habitauere. Pella uero Macedonũ metropolis fuit,
 Philippi & Alexandri patria. Hoc in loco milites recensebantur, & equi alebantur, &
 regis equè, numero supra xxx. millia. Harũ emissarij ccc. Hic erant equorũ domi-
 tores, hic bellici ludj magistri conducebantur, & quicunq; rei militaris erant periti,
 quam potentiam Tryphonis incrementum, cui cognomen fuit Diodotus, pluri-
 mum declarat. Is enim hinc mouens, Syrorũ regnum adortus est, natus Casianis,
 castello Apamiensium, educatus uero Apamiæ, & regi & eius familiaribus cõmen-
 datus, quoniã nouas res mouere orsus est, ab hac circunuiçine urbes innouandarũ
 rerum causas accepere, ut Larissa & Casiani, & Megara, & Apollonia, ac cæteræ o-
 mnes, quæ cum Apamia erant. Ac ille quidem regionis huius rex effectus est, & diu
 regnum tenuit. Bassus Cecilius cum duabus legionibus Apamiam capiens, adeo
 obstinate duorũ Romanorũ exercituũ obsidionẽ sustinuit, ut non prius in illorũ
 potestatem deueniret, quàm quibus uolebat cõditionibus seipse tradidisset. Nam
 & exercitũ regio alebat, & socijs abundabat Phylarchis, qui loca munita in proxi-
 mo habebant, è quibus est Lysias ultra lacum, qui iuxta Apamiam & Arethusa
 iacet, item Samplicerami, & Iamblichii eius filij regio, qui Pylarchæ genti Emesine
 præerant. Non procul est Heliopolis, & Chalcis sub Ptolemæo posita Memnæi fi-
 lio, qui Marfyam & Iturcorũ montana obtinet. Ex Bassi socijs fuit Halchædamus
 Rhambæorũ rex, qui Nomades cis Euphratem habitant. Is Romanorum amicus
 fuerat, sed cum se iniuriã affectum à principibus existimaret, egressus in Mesopota-
 miam cum Basso stipendium merebat. Ex hac urbe est Posidonius Stoicus, uir
 philosophorũ nostri temporis eruditissimus. Apamiensium regioni ad aurorã fini-
 tima est Phylarchorũ Arabum ea quæ Parapotamia dicitur, & Chalcidica, à Mar-
 sya monte descendens, & tota ea, quæ Apamiensibus ad austrum iacet, hominum
 magna ex parte Scenitarum, qui Mesopotamiæ Nomadibus sunt per similes. Nam
 quo Syris magis magisq; appropinquãt, eo mitiores sunt, & minus Arabes & Sce-
 nite, & ordinatiores principatus habent, quemadmodũ Samplicerami Arethusa,
 & quæ Gambari est, & Themella, & aliæ huiusmodi, atq; Seleucensis quidem me-
 diterranea est huiusmodi. Reliqua uero præternauigatio, à Laodicea incipiens sic
 se habet. Nam hæc oppida Laodiceæ appropinquant, Posidium, Heraclium, &
 Gabala, deinde antiqua Aradiorum regio, Paltus, Balanæa, & Caranus, Aradio-
 rum portus. Postea Enydra & Marathus antiqua Phœnicum ciuitas, nunc diru-
 ta. Regionem uero Aradij tenent, deinceps est Taxymira. His continua est Or-
 onthosia.

Dolobella.

Apamia sius.

Pella.

Equæ Alexan-
dri.Tryphon Dios-
dotus.

Larissa.

Casiani.

Megara.

Apollonia.

Bassus Ceci-
lius.

Lysias.

Arethusa.

Samplicerami

regio.

Iamblichii lo-

cus.

Heliopolis.

Chalcis.

Ituræi.

Halchædamus

Posidonius Sto-

icus.

Parapotamia.

Chalcidica.

Arethusa Sam-

plicerami.

Themella.

Posidium.

Heraclium.

Gabala.

Aradij.

Paltus.

Balanæa.

Caranus.

Enydra.

Marathus.

Taxymira.

Orthosia.

Eleutherus. thosias, & Eleutherus amnis quem quidam Seleutidis terminum faciunt, Phœnia
Aradus inf. ciam & Cœlosyriam uersus. In fronte iugosæ cuiusdam & importuosæ oræ Aradus
 iacet, inter eius portum scilicet atq; Marathum, distans à terra stad. xx. Ea est petra
 quædã, à mari circumfusa septem ferè stadiorũ ambitu, habitationibus plena tanta
 hominum multitudine, ut adhuc domus multis tabulatis sublimes inhabitent,
 opus (ut ferunt) quorundam ex Sidone profugorum. Aquarum copiam partim
 ex cisternis habent, partim ex transmarina regione. In bello autem paulo ante
 urbem aquatum mittunt. Nam abundantis aquæ fontem in medio freto habent,
 in quem cupa quædam extorquetur, à scapha aquaria demissa, plumbea, ore la-
 to, in angustum fundum coacta, fundum mediocre foramen habet, quo fistula ex
 corio (siue utriculum dicere malumus) astricta est, quæ aquam ex fonte per cupam
 exhaurit. Prima itaque aqua quæ exhauritur salsa est, expectantes uero puræ &
 dulcis aquæ cursum, in uasis ad id paratis excipiunt, atq; in urbem deferunt. Olim
 Aradij per sese reges habebant, ut cæteræ Phœnicum ciuitates, postea partim Per-
 sæ, partim Macedones, partim Romani, in hunc ordinem redegerunt. Aradij
 itaque cum cætera Phœnicia Syriacis regibus ut amicis obtemperabant, postea
 duobus fratribus dissidentibus Callinico Seleuco, & Antiocho, qui Hierax co-
 gnominatus est, Callinico adhærentes in has condiciones conuenerunt, ut ad
 se ex regno confugientes recipere liceret, nec tradere inuitos, sed nec etiam quic-
 quam iniussu regis enauigare permittere, quibus ex rebus amplissimæ eis diu-
 tiæ contigerunt. Confugiebant enim ad eos non quicumque, sed hi præcipue
 quibus grandia credita erant, & qui de rebus maximis extimescebant, qui sus-
 cepti beneficium ab illis, ac salutem recognoscebant, simulque gratiam refere-
 bant, tum præsertim, cum in patriam reuertissent. Qua ex re multum ulterio-
 ris regionis adepti sunt, & nunc partem maximam tenent, & ante omnes bene-
 uolam. Cui felicitati & prouidentiam addiderunt, & studium circa rem naualem,
 & cum uiderent uicinos Cilicas piraticam exercere, nunquam cum eis in eo studio
 communicare uoluerunt. Post Orthosiam & Eleutherum est Tripolis, quæ nomē
 à re ipsa accepit, tres enim urbes habet, Tyrum, Sidonem, & Aradum. Tripoli con-
 tinua est ea, quæ Dei facies appellatur, in qua Libanus mons desinit. Inter hæc est
 locus quidam, nomine Trieris. Hi duo montes sunt, qui eum faciunt, qui Conca-
 uus angulus dicitur, quasi inter sese partes, Libanus et Antilibanus paulo ultra ma-
 re incipientes, Libanus ultra Tripolitanum mare circa Dei faciem, Antilibanus ul-
 tra mare Sidonium desinunt ad Arabiæ montes, qui sunt ultra Damascum & eos
 qui ibi Trachani dicuntur, in alios quosdam fructiferos colles. In medio concauũ
 campum relinquunt, cuius latitudo mari proxima est stadiorum cc. longitudo à
 mari in mediterraneam dupla. Irrigatur autem à fluminibus per regionē fecun-
 dam, & omnia ferentem delabentibus, præsertim à Iordanelacũ habet, qui aroma-
 ticum iuncum & calamum fert, habet etiam paludes. Lacus quidam Gennesaretis
 uocatur. Gignit etiã balsamũ. Inter cætera flumina Chrysoorroas ab urbe & re-
 gione Damascenorũ incipiens, totus ferè in deriuationes consumitur. multa enim
 loca & reposita irrigat. Lycum & Iordanem mercibus nauigant, præsertim Aradij.
 Pars camporum prima à mari Macras uocatur, & Macra campus, in quo Posido-
 nius scribit uisum fuisse serpentẽ mortuũ iugeri longitudine, crassitudine tanta, ut
 equites ex utraq; parte astantes se inuicem intuere non possent, hiatu autem tanto,

Callinicus Se-
leucus.
Antiochus Hie-
rax.

Tripolis.
Tyrus.
Sidon.
Aradus.
Dei facies.
Libanus m.
Trieris.
Antilibanus.

Trachani.
Iordanis.
Concauus an-
gulus.
Gennesareticus
lacus.
Balsamum.
Chrysoorroas.
Lycus.
Iordanis.
Macras.
Macra camp.
Serpentes pro-
digiosæ magni
tudinis.

ut hominen
 maiorem. P
 cis tanquam
 tantam regio
 tant agricul
 munitissima
 Sinnam & E
 gartum, & f
 Pompeius e
 ac Dei facie
 tyranno opp
 lo quodam l
 max, & antic
 uero à Rom
 ta regione M
 ridiarium, &
 dem ad mare
 & Damascen
 bilissima, que
 appellantur.
 insignes, qua
 Damascenis
 grassantur, q
 manorum iu
 ultra Seleuci
 prie quæ Lib
 que Pelusiar
 Mediterrane
 minatur. Qu
 ctamus, de cu
 dit. Post Bar
 est Tamyra
 ma & antiq
 & antiquita
 donem celeb
 riam, & Lib
 lunt. Quare
 nicum metre
 rimo contin
 Aradus, con
 gessit. Ea po
 uocant, dice
 tora urbs ter
 Has tamen
 re Phœnicie

ut hominem equo insidentem reciperet. Exuuiarum squamam quamlibet, clypeo maiorem. Post Macram est Mafyas, habens montana quedam, in quibus est Chal-
 cis tanquam Mafyæ arx. Eius initium est Laodicea, quæ apud Libanum est. Mon-
 tanam regionem Ituræi & Arabes habent, malefici omnes, qui uero campos habi-
 tant agriculturam exercent, & ab illis læsi sæpe alieno indigent auxilio, receptacula
 munitissima habent, quemadmodum qui Libanum incolunt. In monte quidem
 Sinnam & Borama, & alias huiusmodi munitiones. Inferius uero Bosira, & Gi-
 gartum, & speluncas ad mare sitas, & castellum in Dei facie impositum. Quæ omnia
 Pompeius euertit, & ab his Byblum & Barutum excurrerat, quæ inter Sidonem
 ac Dei faciem iacent. Byblus est Cinyræ regia, in qua Adonidis templa sunt, eam
 tyranno oppressam Pompeius liberauit, illo securi percusso. Sita est autem in excel-
 so quodam loco non procul à mari. Post hanc est Adonis fluuius, & mons Cli-
 max, & antiqua Byblus, postea Lycus fluuius, et Barutus à Tryphone diruta, nunc
 uero à Romanis instaurata duas legiones suscipit, ibi ab Agrippa collocatas, mul-
 ta regione Mafyæ adiecta, usque ad Orontis exortum, qui prope Libanum est, & Vi-
 ridiarium, & Ægyptium murum, & Apamiensi agro proximum. Atque hæc qui-
 dem ad mare sunt, ultra Mafyam montem primum ea quæ regia conuallis dicitur,
 & Damascenus ager ualde laudatus. Damascus urbs est insignis, omnium ferè no-
 bilissima, quæ in ea sunt regione, Persiæ uicina. Ultra eam sunt duo qui Trachones
 appellantur. Postea Arabiæ & Ituream uersus sunt montes asperi, & altis speluncis
 insignes, quarum una quatuor hominum millia recipit in excursionibus, quæ undique
 Damascenis fiunt. Ac frequentius quidem Barbari in foelicis Arabiæ mercatores
 grassantur, quæ res nunc minus fit, propter Zenodori latronis euerisionem, & Ro-
 manorum iustitiam, & militum præsidium, qui in Syria aluntur. Tota itaque regio
 ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedens, Cœlosyria appellatur, sed pro-
 prie quæ Libano terminatur, & Antilibano. Reliquæ regionis ora ab Orthosia us-
 que Pelusium, Phœnicia uocatur, per angustum sanè ac maritimus quidam tractus.
 Mediterranea ultra hanc usque in Arabes, inter Gazam & Antilibanum, Iudæa no-
 minatur. Quare cum iam Cœlosyriam peragrauerimus, iter in Phœniciam desce-
 ſtamus, de cuius una parte locuti sumus, quæ ab Orthosia Barutum usque perten-
 dit. Post Barutum est Sidon quadringentis ferè stadiis ab ea distans, in quo spatio
 est Tamyras flumen, & Aesculapij lucus, & Leonum urbs. Post Sidonem maxi-
 ma & antiquissima Phœnicum est Tyrus, quæ cum illa & magnitudine & facie,
 & antiquitate contendit, multis fabulis celebrata, sed poetæ, quanquam magis Si-
 donem celebrant, adeo ut Homerus Tyri non meminerit, coloniæ tamen in Ibe-
 riam, & Libyam usque ad loca extra columnas profectæ, Tyrum plurimum extol-
 lunt. Quare ambæ, & nunc & olim claræ illustresque extiterunt. utrauis enim Phœ-
 nicum metropolis dicatur, in utrisque contentio est. Sidon situm habet in pulcher-
 rimo continentis portu. Tyrus tota insula est, ac ferè eodem modo habitata quo
 Aradus, continenti tamen aggere coniungitur, quod Alexander in obsidione con-
 gessit. Ea portus duos habet, alterum clausum, alterum apertum, quem Ægyptium
 uocant, dicunt in ea domos altiores fieri quàm Romæ, unde parum abfuit olim quin
 tota urbs terræmotibus deleretur, infortunata fuit, obsidione ab Alexandro capta.
 Has tamen calamitates omnes euicit, & seipsam nauigando instaurauit. nam in ea
 re Phœnices semper omnibus præstiterunt. Item purpurarum piscatu. Tyria enim

Mafyas.

Chalcis.

Laodicea.

Ituræi.

Sinna.

Borama.

Bosira.

Gigartum.

Byblus.

Barutus.

Cinyras.

Adonis flu.

Climax.

Byblus.

Lycus flu.

Barutus.

Orontis fons.

Regia conual-

lis.

Damascus.

Trachones.

zenodorus la-

tro.

Cœlosyria.

Orthosia.

Phœnicia.

Gaza.

Iudæa.

Sidon.

Tamyras flu.

Aesculapij lu-

cus.

Leonum urbs.

Tyrus.

Sidonis situs.

Aradus.

Ægyptius

portus.

Purpurarum

piscatus.

Tyria purpura

purpura optima omnium perhibetur, ac piscatio ipsa proxima est, & cetera omnia quæ ad inficiendas uestes pertinent, abunde habet. Et quanquam maxima huiusmodi officinarum multitudo urbem reddant paulo grauiorem, tamen ob hanc uirtutem locupletior efficitur, & non solum ab regibus, sed ab Romanis libertate donati sunt, & parua impensa, in sua sententia confirmati. Colitur apud eos Hercules mirum in modum. Naualis potentia & apparatus signum est multitudo & magnitudo coloniarum, atque in quibusdam sunt huiusmodi. Sidonij multarum atque optimarum artium magistri perhibentur, quod etiam poeta declarat. Ad hæc optimi circa astronomiam & arithmetica philosophi, qui à computatione & nocturna nauigatione initium habuere. utrunque enim mercatorium & nauale est, quemadmodum Aegyptiorum inuentum geometria perhibetur, ab agrorum dimensione, quam faciunt cum Nilus auctus terminos confundit. Quæ ratio ab Aegyptijs ad Græcos emanasse creditur, à Phœnicibus uero astronomia & arithmetica. Nunc quoque & omnis reliquæ philosophiæ copia maxima ab his ciuitatibus sumi potest, ac (si Posidonio credendum est) antiquum de atomis dogma Moschi est, hominis Sidonij, qui ante Troianas res fuit. Sed omissis antiquis nostro tempore ex Sidone philosophi illustres fuere, Boëthius, cum quo nos Aristotelica philosophati sumus. Item Diodotus eius frater. Ex Tyro fuit Antipater, & paulò antenos Apollonius, qui librorum & philosophorum à Zenone profectorum tabulam edidit. Distat Tyrus à Sidone non plus quam ccc. stad. Inter eas est oppidum, nomine Auium ciuitas, postea apud Tyrum amnis elabitur. Post Tyrum est antiqua Tyrus xxx. stad. distans. Postea Ptolemais magna ciuitas, quam prius Acam nominabant. Ea Persæ receptaculo contra Aegyptios utebantur. Inter hanc & Tyrum est litus aggerosum, quod uitrariam arenam fert, quam dicunt hoc in loco non fundi, cum uero Sidonem delata sit, fusionem recipere. Sunt qui dicant Sidonios uitrariam arenam habere, fusioni aptam, quidam autem omnem ubique fundi. Ego à uitrarijs Alexandriae audiui, quandam terram uitrariam esse in Aegypto, sine qua sumptuosa quædam, & multorum colorum opera perfici nequirent, quemadmodum & alia alijs mixturis indigent. Ac Romæ multa & ad colores & ad operum facilitatem inueniri, quemadmodum in ijs quæ crystallina uidentur, ubi & æneum catinum cum operculo emere est. Tradunt mirum quendam casum, & ex ijs quæ raro contingunt in litore accidisse, inter Tyrum ac Ptolemaidem. Nam quo tempore Ptolemaici prælium cum Sarpedone imperatore gerunt, hoc in loco fuga insigni facta, pelagi affluxus inundationi similis fugientes obruit, atque alios in pelagus rapuit & assumpsit, alios in locis concauis mortuos reliquit. Sed cum iterum refluxus successisset, corpora detexit, atque ostendit inter pisces mortuos promiscue iacentia. Talia circa Casium apud Aegyptum contingunt, ubi terra contractu quodam celeri atque simplici, in alteram partem transfertur & decidit, ut pars eius in sublime eleuata mare impellat, pars deorsum subsidat, qua conuersa rursus locus pristinam sedem accipiat, atque nonnunquam permutatio quædam fiat, nonnunquam uero minime, qui motus quibusdam fortasse circuitibus innexi continentur, homini incognitis. Scilicet & hæc de Nili excrescentijs dicuntur, diuerso modo factis, & incertum ordinem habentibus. Post Acam est Stratonis turris, quæ stationem habet. Inter has est Carmelus mons, & præter oppidorum nomina nihil aliud, ut Sycaminorum ciuitas, et bubulcorum, et crocodilorum ciuitas, et huiusmodi alia. Postea est ingens sylua,

postea

*Hercules.**Sidoniorum in**uentia.**Geometria in**uentio.**Phœnicum in**uentia.**Astronomia.**Arithmetica.**Atomorum do**gma.**Moschi excogi**tatio.**Boëthius.**Diodotus.**Antipater.**Apollonius.**Tyris antiqua**Auium opp.**Ptolemais.**Vitraria are-**na.**Vitraria are-**na infusio.**Apud Moranã.**Crystallina.**Ptolemaici lito**ris miraculã.**Casij mira.**Stratonis tur-**ris.**Carmelus.**Bubulcorũ op.**Crocodilorũ**ciuitas.*

postea Iope
prius ad or
bulis tradid
ci Iudæoru
dentes. Sed
melus. Atq
circumuiuin
Casium qui
alia ccc. Pe
ea Azotus &
lonensium r
tiochus phil
rus, & Melea
qui ætate no
stadia ciuita
Ex hoc loco
Ailam, sitam
quem Alanu
roum urbem
per camelis
Post Gazan
commisit. P
thiopum qu
cia coërcens
cis habitauit
rius Sirboni
tum, in medi
do est cc. fe
gio eadem lo
mons quida
gni Pompei
gulatus fuit
in ea sunt G
ma, à Nilo f
est huiusmo
sexcenta, qu
noningenta
mille ac cen
& lacus. Id
herentes, ei
gio loca plu
ea ab Iopes
parte à mix
sunt qui G
des Sebastã

postea Iope, iuxta quam Aegypti ora mirum in modum flectitur ad aquilonem, prius ad orientem extensa. Hoc in loco nonnulli Andromedam ceto expositam fabulistradidere. Nam locus satis editus est, unde dicunt ab eo Hierosolyma conspici Iudæorum metropolim. Atqui & Iudæi portu hoc utuntur, usque ad mare descendentes. Sed portus latronum scilicet receptacula sunt, horum fuere & sylua & Camelus. Atqui locus hic adeo hominibus abundauit, ut ex Iamnia proximo uico et circunuicinis habitationibus quadraginta hominum millia armarentur. Hinc in Casium qui Pelusio proximus est, sunt paulò plura decem millibus stadiorum & alia ccc. Pelusium usque. Inter hæc est Gadaris, quam Iudæi sibi uendicauerunt, postea Azotus & Ascalon. Iamnia Azoto & Ascalone distat ducentis ferè stadijs. Ascalonensium regio præcipue cepas fert. Oppidum sanè non magnum est. Hinc Antiochus philosophus fuit, paulò ante nos. Ex Gadaribus fuit Philodemus Epicurus, & Meleager, & Menippus, cognomèto Spudogelceus, & Theodorus orator, qui ætate nostra uiguit. Postea est Gazæorum portus, & paulò ulterius ad septem stadia ciuitas, quæ olim illustris fuit, ab Alexandro autem euerfa non habitatur. Ex hoc loco dicitur esse mille & cc. & sexaginta stadiorum transcensus in urbem Ailam, sitam in Arabici sinus recessu, qui duplex est, alter Arabiã & Gazã uersus, quem Alaniticum appellant, ab urbe quæ in eo est, alter Aegyptum uersus, ad Heroum urbem, in quem breuissimū iter est ex Pelusio, interdum etiam iter habent super camelis per loca deserta & arenosa, sed magna est in eis serpentum multitudo. Post Gazam est Raphia, ubi Ptolemæus quartus cum Antiocho magno prælium commisit. Postea sunt Rhinocolura, ab ijs dicta, qui Rhinas habitauere. Nam Aethiopum quidam Aegyptum inuadens, non interitu, sed nasi mutilatione, maleficia coercens, ut propter oris deformitatem peccare deinceps non auderent, in his locis habitauit. Regio quæ Gazam sequitur, sterilis & arenosa. Eiusmodi est, quæ ulterius Sirbonidem lacum, secus mare succedentem habet, & paruum quendam aditum, in medio relinquentem, usque ad id quod Eruptio appellatur. Eius longitudo est cc. ferè stadiorum, maxima latitudo l. Eruptio ipsa obruta est. Postea est regio eadem longitudine huic continua in Casium, atque inde Pelusium. Casius est mons quidam accumulatus in promontorij modum, aquarum inops. In eo magni Pompeij corpus iacet, & Iouis Casij templum, & non procul inde Magnus iugulatus fuit, & ab Aegyptijs dolo interemptus. Postea est uia quæ Pelusium desert, in ea sunt Gerra, & id quod Chabriæ uallum appellatur, & uorago Pelusio proxima, à Nilo facta, cum ea loca palustria, & natura cõcaua sint. ac Phœnicia quidem est huiusmodi. Artemidorus dicit ab Orthosia Pelusium esse stadiorum tria millia et sexcenta, quinquaginta in sinum se inferenti. A Melanis Ciliciæ ac Syriæ mille & noningenta. Hinc in Orontem quinquaginta ac uiginti. Postea Orthosiam usque mille ac centum xxx. Iudææ extrema occidentalia Casio proxima, Idumæi tenent, & lacus. Idumæi quidè Nabatæi sunt qui orta seditione inde egressi, ac Iudæis inherentes, eisdem legibus comunicauerunt. Ad mare autè Sirbonis & continua regio loca plurima occupat usque Hierosolyma, quæ sunt mari uicina. Dictum est enim ea ab Iopes portu conspici, atque hæc quidem septentrionalia sunt omnia, magna ex parte à mixtis gentibus habitata, Aegyptijs, Arabibus, & Phœnicibus. Nam tales sunt qui Galilæam habent & Hiericuntè & Philadelphiam, & Samariã, quæ Herodes Sebastã nominauit. Cumque mixti homines sint, fama quæ plurimum obtinet de

Iope.
Andromedæ
fabul.
Hierosolyma
Iudæorum me
tropolis.
Iamnia.
Casius.
Gadaris.
Azotus.
Ascalon.
Antiochus
phil.
Philodemus.
Meleager.
Menippus ò
σπυδογελκεος.
Theodorus o
rator.
Gazæorū por
tus.
Aila.
Arabicus si
nus.
Alaniticus sin.
Heroum urbs.
Gaza.
Raphia.
Rhinocolura.
Rhina.
Sirbonis lacus
Eruptio loc.
Casius mons.
Iupiter Casius
Pompeij sepul.
Gerra.
Chabriæ uallū
Orthosia.
Melana.
Idumæi.
Nabatæi.
Hierosolyma
Galilæa.
Hiericus.
Philadelphia.
Samaria.
Sebastã

rebus creditis circa Hierosolymorum templum, asserit Aegyptios fuisse eorum
Moses. progenitores, qui nunc Iudæi appellantur. Nam Moses unus ex Aegyptijs sacer-
 dotibus, cum partem quādam regionis haberet, ac moleste ferret eorum instituta,
 hinc eò cōmigravit. Discessere cum eo multi, quibus diuina curæ erant. Docebat
 enim ille, quomodo Aegyptij non recte sentirent, qui ferarum ac pecorum imagi-
 nes deo tribuerent, nec Græci qui deos hominum figuris insignirent. Et quod id
Deus quid. solum deus esset, quod nos contineret, terram ac mare, quod cælum & mūdum &
 rerum omnium naturam appellamus, cuius profecto imaginem nemo sanè men-
 tis nostræ similem audeat effingere, oportere itaq; relicta omni simulacrorum effi-
 gie, & digno ei fano, ac templo cōstituto, sine forma colere, & uel pro se quēq; in-
 dormire, uel alios qui boni insomniatores essent pro alijs. Ac semper bonum ali-
 quod, & donum & signum à deo expectare, eos præsertim, qui caste integreq; &
 cum iustitia uiuerent, cæteros uero nequaquam. Ille hæc dicens, hominibus bonis
Hierosolymo- rum solum. non sanè paucis id persuasit, & in eum locum deduxit, ubi nunc condita sunt Hie-
 rosolyma, quem facile obtinuit cum minime esset inuidiosus, nec pro quo quisque
 studiosius contenderet. Est enim petrosus, aquis tantum abundans, circūstantem
 uero regionem sterilem ac siccam habet, & intra LX. stadia petrosam. Simulq; pro
 armis sacra & deum proponebat, cuius sedem quærere uellet. Et eiusmodi cultum
 & sacrificium se traditurum pollicebatur, quæ nec impensa nec afflatu nec re ulla
 absurda eos perturbaret. Quam ob rem ille his rebus excellens imperium haud exi-
 guum constituit. Nam facile gentes omnes finitimæ ob propositā spem, & huius-
Iudæorum ritus. modi consuetudinem adhæserunt. Successores quoq; aliquandiu in iisdem institu-
 tis permansere, cum reuera & iusti essent & religiosi. Postea cum sacerdotio præf-
Carnium absti- nentia. Circumcisio. sent, primū quidē supersticiosi homines, deinde etiā tyranni. Ex superstitione in-
 stituta est carniū abstinentia, à quibus adhuc abstinent, & circumcisiones, & excisio-
 nes, & siqua sunt huiusmodi alia. Ex tyrannide autem latrocinia. nam qui deficie-
 bant simul & eam regionem, & uicinam uexabāt, atqui principibus fauebant, alie-
 na diripientes. Syriæ ac Phœnicia non pauca subegerunt, ueruntamen decor qui-
 dam circa arcem seruabatur, quam non ut sedem tyrannorum exhorrebant, sed ue-
 nerabantur ut templū. Sic enim à natura est hominibus comparatū, & commune
 hoc Græcis & Barbaris est, ut cum ciuiles sint, cōmuni præcepto atq; instituto ui-
 uant. Aliter enim multi unum per se commode fieri non possunt, quod est ciuilit-
 degere, nec aliter quodammodo communis uita duci potest. Sed præceptum du-
 plex est: aut enim diuinum aut humanum. Antiqui cum diuinis institutis præsta-
 rent, & ea uenerarentur, multi tunc ad oracula proficiscebātur, atq; ea consulebāt.
 In Dodonam quidē Vt Iouis ex alta caperent oracula quercu, Cuius consilio plu-
 rimum utebantur. Delphos autem, Expositum pater scire num uiuat uolens, Ac
Minos Iouis fa- miliaris. ipse Phœbi ad templa pergebat puer, Sciturus è quibus parentibus foret. Minos
 quoq; per nouennium magni Iouis familiaris fuit, id est per nouennium (ut Plato
 dicit) in Iouis antrum descendens, & ab illo præcepta accipiens, quæ ad homines
Lycurgi leges. perferebat. Eadem Lycurgus eius imitator factitabat. Nam sæpe peregrinatus ea
 ex Pythia intellexit, quæ Lacedæmonijs imperanda erant. Hæc enim ab ho-
 minibus putabantur & credebantur uera, & propterea diuinatores in pretio erāt,
 ut etiam imperio digni iudicarentur, ut qui diuina nobis præcepta ac documen-
Tiresias. ta ederent, & uiui & mortui, quemadmodum Tiresias, Cui dederat uita functo
 Prof

Proserpina
 Amphiarau
 Zamolxis P
 apud Bosph
 gi, & qui Ne
 Alfyrios Cha
 fores eius, qu
 ro aperte Iud
 xander, cuius
 peius sustulit
 pra sunt. Ea m
 rius omnino l
 tudine cc. &
 cepit obseruat
 & admotis ca
 norum recept
 atque Taurus
 canium, & M
 thopolis Gal
 nus, quæ in th
 mixta est etia
 rum c. & totu
 uiridarium, q
 eius corticem
 ptus autem in
 pientes, & heb
 solum nascitur
 bylonio, & ult
 quinetiam xyl
 ambitum non
 ditur, longitud
 aqua, ut urin
 procedit mox
 ordinatis, cum
 montis specier
 gento, & nitic
 cum uasa situr
 pere, ac se aru
 gleba quæ à ca
 fortissimam ab
 ne & incisione
 quam diximu
 bus autem adn
 dem hæc dicit
 rationes quaf

Proserpina mentem, Vt scaperet, pariterq; homines leuis umbra iuuaret. Talis fuit Amphiarus, & Trophonius, et Orpheus, & Musæus, & Getarum deus, olim & Zamolxis Pythagoreus, ætate nostra Decineus, qui Byrebisthæ respondit, & apud Bosphoranos Achaïcarus, apud Indos Gymnosophista, apud Persas Magi, & qui Necyomantici, & Lecanomantici, & Hydromantici appellantur, apud Assyrios Chaldei, apud Romanos Hetrurię haruspices. Talis erat Moses & successores eius, qui cū initia nō mala habuissent, postea in deterius delapsi sunt. Iam uero aperte Iudæa à tyrannis opprimitur. Primus pro sacerdote se regem fecit Alexander, cuius filios Hyrcanum & Aristobulum de imperio disceptantes, Pompeius sustulit, atq; eorum munitiones euertit, & ipsa in primis Hierosolyma uicæpta sunt. Ea munitio petrosa erat, & bene septa, & interius aquis abundans, exterius omnino sicca, fossam habebat in lapide excisam XL. pedum profunditate, latitudine CC. & L. E lapide autem exciso educta erant templi mœnia. Pompeius ea cepit obseruato ieiunij die, dum ab omni opere Iudæi abstinerent, impleta fossa & ad motis scalis, iussitq; mœnia omnia conuelli, qua ex re & latronum & tyrannorum receptacula sublata sunt, & loca ubi gaza recōdita erat, quorū duo Thrax, atque Taurus in Hiericuntis ingressu sita erant. Item alia Alexandrium & Hyrcanium, & Machærus & Lysias, & quæ circa Philadelphiam erant. Item Scythopolis Galilææ proxima. Hiericus est campus à montana quadam circumdatus, quæ in theatri speciem ad ipsum declinat. Hoc in loco est palmetum, cui immixta est etiam alia materies domestica, & ferax, palmis abundans, spatio stadiorum C. & totum irriguum & habitationibus plenum. Vbi & regia est, & balsamiviridarium, quæ arbor aromatica est & fruticosa, cytiso & termintho persimilis, eius corticem scindentes succum in uasis suscipiunt, tenaci lacti persimilem, susceptus autem in conchis coagulatur. Is capitis dolores, & suffusiones oculorum incipientes, & hebetudinem mirifice soluit, quare pretiosus est eo præsertim quod hic solum nascitur. Palmetum, quod palmam caryotam fert, hic solum est, excepto Babylonio, & ulterioribus orientem uersus. Maximus quidem ex eis prouentus est, quinetiam xylobalsamo, ut aromate utuntur. Serbonis lacus permagnus est, cuius ambitum nonnulli mille stadiorum tradiderunt. Is secus maritimam oram extenditur, longitudine paulo plurium ducentū stadiorum, profunda & grauissima aqua, ut urinatores in eo innatare non possint, uerum qui tenuis umbilico in eum procedit mox extollitur. Plenus est bitumine, quod è medio fundo tēporibus inordinatis, cum bullis quasi feruentis aquæ efflatur. In summo autem incuruatus, montis speciem præbet, fauillæ multum emittit, fumosus & aspectu ater, ari, & argento, & nitidis ac tersis omnibus rubiginem inducit, usque ad aurum. Vnde cum uasa situm contrahunt, iam accolæ intelligunt bituminis eruptionem incipere, ac sese arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Bitumen est terræ gleba quæ à calore liquefacta efflatur atque diffunditur, rursūque in glaciem fortissimam ab aqua frigida immutatur, qualis est lacuum aqua, unde & sectione & incisione opus est. Id postea in summo fluitat, propter eam naturam, quam diximus, ingredientem nec innatare, nec immergi posse, sed attolli. Ratibus autem ad nauigantes, quantum quisque uult, referunt. Ac de bitumine quidem hæc dicimus. Posidonius dicit, quod cum accolæ magici homines sint, incantationes quasdam faciunt, & lotia & alios huiusmodi foetidos humores inspergunt

Amphiarus.

Trophonius.

Orpheus.

Musæus.

Getarū deus.

Achaïcarus.

Gymnosophista.

Magi.

Necyomantici.

Lecanomantici.

Hydromantici.

Chaldei.

Haruspices.

Mosis insititū.

Iudæa.

Alexander sacerdos Iudæorum.

Hyrcanus.

Aristobulus.

Hierosolyma à Pompeio capta.

Alexandrium.

Lysias.

Scythopolis.

Hiericuntis situs.

Palmetum Hiericuntis.

Balsami uiridarium.

Caryota palma.

Serbonis lacus.

Bitumen Iudææ.

atque exprimunt, quibus bitumen coagulatur, postea incidunt, nisi aliqua lotij uis sit, qualis eorum qui calculos in uesica habent. Nam etiam ex pueri lotio chrysofocolla conficitur, ac in medio quidem lacu, iure huiusmodi res accidit. Ignis enim ac bituminis fons, ac multitudo in medio est, quanquam & flatio sit inordinata, quoniam ignis motus, ordinem non habet nobis manifestum, quemadmodum & multorum aliorum flatuum. Talia etiam apud Apolloniam Epiroticam eueniunt. Quod autem regio ignea sit, permulta alia signa afferunt. Nam & petras asperas exultas circa Moasada ostendunt, & multis in locis prærupta, & terram cinerulentam, & picis guttas ex petris distillantantes, & flumina foetido odore efferuentia, & habitationes passim euerfas, ut ijs fidem adhibeant, quæ ab indigenis prædicantur quod in hoc loco XIII. urbes olim habitabantur, quarum metropolis Sodoma adhuc LX. stad. ambitum seruet. Et quod ex terræ motibus, & ignis afflatu, & aquis calidis & bituminosis, & sulphureis lacus eruperit, & quod petra ignifera facta sint, et urbi alia absorpta, aliæ ab ijs, quicunque fugere potuerunt derelictæ. Eratosthenes contra sentit, quod cum regio stagnis teneretur, maxima eius pars eruptionibus relecta fuerit, quemadmodum mare. In agro etiam Gadareno est aqua quædam pessima ex lacu, qua degustata, pecora pilos, ungues, & cornua amittunt. Apud easque Tarichia appellatur, est lacus qui optimas piscium condituras præbet, gignit etiam arbores fructiferas malis similes. Ægyptij bitumine ad mortuorum condituras utuntur. Pompeius circuncisis quibusdam, quæ Iudæi sibi uolenter asciuerant, Herodem sacerdotio præfecit. Postea Herodes uir indigena, id quibusdam ex eadem stirpe contulit, tantumque superiores omnes & ciuilitate, & Romanorum consuetudine præstitit, ut rex fuerit constitutus, Antonio primum, postea Cæsare Augusto potestatem ei concedente. Ex filijs alios ipse sibi insidiantes interemit, alios moriens data utrique portione, successores reliquit. Cæsar & Herodis filios, & sororem Salomen, & Berenicen eius filiam, honore prosecutus est, sed filijs non feliciter cessit. Nam cum essent accusati, alter in exilium apud Gallos Allobroges relegatus fuit, alij uix multo obsequio reditum impetrarunt, & suam uterque tetrarchiam. Ultra Iudæam, & Cœlosyriam, usque in Babyloniam & fluuialem Euphratis regionem austrum uersus tota est Arabia exceptis Scenitis, qui sunt in Mesopotamia. De Mesopotamia quidem & gentibus, quæ eam incolunt satis dictum est. Vltior Euphratis regio, quæ ad eius ostia est, à Babylonijs incolitur, & Chaldaeorum gente, de quibus etiam antè diximus. Quæ post Mesopotamiam sunt, usque in Cœlosyriam flumini proxima, & Mesopotamiam, Arabes Scenite obtinent, per paruas quasdam potentias in sterilibus locis propter aquarum inopiam partiti. Agriculturam aut parum aut nihil exercent, pascua omnis generis pecorum, præsertim camelorum optima habent. Ultra hos deserta sunt haud exigua, quæ uero his iam australiora sunt, ab ijs tenentur, qui foelicem Arabiam incolunt. Cuius septentrionalis latus faciunt antedicta deserta, orientale Persicus sinus, occidentale Arabicus, australe mare magnum, quod extra utrumque sinum est. Idque totum mare rubrum uocatur. Persicus itaque sinus Persicum mare appellatur, de quo Eratosthenes ait, os eius adeo angustum esse, ut ex Armozo Carmaniae promontorio, Arabiae pars conspicitur, quæ est Macis proxima. Ab ore autem, ora quæ à dextris est, cum curua sit, à principio quidem à Carmania paululum orientem uersus, postea ad Arctum uergit, postea ad occidentem usque ad Euphratis ostia, & Teredonem, complectitur

autem

autem & C
tem, quæ x.
nus usque a
qui cum Ne
mari Euxin
gavit, quod
insulam Icar
oraculum, &
teriore sinu
fugi, loca sal
lis ardorem
tinuant pari
itinere Arab
rhæos frequ
Thapsacum
Nauigati ult
lia habent. D
ne habent, su
à promontor
thagoras dis
libus stadior
gens sanè tur
le, & de sema
pis Phrygiae
eis diuersitat
tota Rubri m
in refluxibus
atque hoc eti
Persico itaque
nes tradidit. L
insulae cuida
cum in hanc
Mazenam o
tionis ducer
esse, in qua m
pili. In insul
radices fract
tudines, quo
alij duo ace
bie initium
serta, partim
mare. Ea et si
tamè optime
imposita, qu
pristinam se

autem & Carmaniorum oram & Persarum & Susianorum & Babyloniae partem, quae x. millium ferè stadiorum est, de quibus iam antè diximus. Hinc protinus usque ad os alia totidem stadia sunt, ut traditum dicunt ab Antisthene Thasio, qui cum Nearcho nauigauit, ut perspicuum ex his sit, mare hoc paulo minus esse mari Euxino. Dicunt etiam, illum dicere, quoniam sinum cum classe circunnauigauit, quod à Teredone deinceps continentem à dextris habenti, praeternauiatio insulam Icarium in fronte habet, & Apollinis templū in ea sanctum, & Tauropole oraculum, & quod praeternauianti Arabiam ad duo millia & cccc. stadia, in interiore sinu urbs iacet nomine Gerrha, quam Chaldaei tenebant, à Babylonia profugi, loca salia, & domos ex sale habitantes, quas cum salis squamae, propter solis ardorem separatae, continue cadunt, crebro aquis aspergant, atque eo pacto continentur parietes. Haec urbs cc. stadijs à mari distat. Gerrhaei frequentius pedestri itinere Arabum merces, & aromata mercantur. Aristobulus diuersa sentit, Gerrhaeos frequentius in Babylonia ratibus mercatum ire, atque inde per Euphratem Thapsacum cum mercibus ad nauigare, postea quò libeat pedestri itinere deferri. Nauigati ulterius sunt aliae insulae, Tyrus, & Aradus, quae templa Phoenicis similia habent. Dicunt qui in eis habitant, insulas & urbes, quas Phoenices eodem nomine habent, suas esse colonias. Distant haec insulae à Teredone x. dierum nauigatione, à promontorio uero quod est in ore apud Macas, diei nauigatione. Nearchus & Orthogoras dixerunt, Tyrinam insulam in pelago ad austrum iacere, duobus millibus stadiorum à Carmania distantem, in qua Erythrae sepulchrum ostenditur, ingens sanè tumulus, & syluestribus palmis constitutus, atque eum in ijs locis regnasse, & de se mari nomen reliquisse. Atque haec sibi à Mithropastae Areini filio, satrapis Phrygiae patefacta, qui Darium fugiens in ea insula esset immoratus, & cum eis diuersatus in Persicum sinum delatis & per eos quereret in patriam remeare. In tota Rubri maris ora arbores in profundo nascuntur, lauro & oleo persimiles, quae in refluxibus ex toto deteguntur, in affluxibus nonnunquam ex toto obruuntur, atque hoc etiam, cum ulterior terra arboribus careat, adeo ut admirandum sit. De Persico itaque mari, quod nos orientale latus foelicis Arabiae diximus, talia Eratosthenes tradidit. Nearchus ait Mithropastae eis cum Mazena occurrisse, Mazena uero insulae cuidam in Persico sinu praefuisse, insulae nomen Doracta, ac Mithropasten cum in hanc confugeret, hospitio acceptum fuisse, quod in externa decessisset, & Mazenam conuenisse, qui in Macedonum classe fuerat, atque Mazenam nauigationis ducem fuisse. Dicit etiam in Persicae praeternauiationis initio insulam esse, in qua multae ac pretiosae margaritae gignantur, in alijs uero clari ac pellucidi lapilli. In insulis quoque ante Euphratem arbores, thus redolentes, innascent, quarum radices fractae succum effundant, item miras cancerorum atque echinorum magnitudines, quod in toto exteriori mari commune est, quorum alij pileis maiores sint, alij duo acetabula capiant, uidisse etiam cetum mari eiectum l. cubitorum. Arabiae initium à Babylonia est regio Mecina. Antehanc iacent partim Arabum desertum, partim Chaldaeorum paludes, quas Euphrates effusus facit, partim Persicum mare. Ea etsi graue ac nebulosum aere habet, simulque pluuiosa sit & aestuosa, fructus tamen optimos producit. Vitis in paludibus nascitur, terra in arundineis cratibus imposita, quantam stirps recipiat, ut sepe etiam ab aqua deferatur, quam rursus in pristinam sedem contis propellunt. Sed redeo ad ea quae deinceps Eratosthenes de

*Graece, Antisthene.

Tauropole oraculum.

Gerrha.

Thapsacus.

Tyrus.

Aradus.

Tyrina.

Erythrae sepu.

Mithropastes.

Erythraeum mare.

Arbores maris rubri.

Mazena.

Doracta.

Turiferae arbores.

*δικροτάς.

Cetus mirae

magnitudinis.

Arabiae miiu.

Mecina.

Arabia commemorat. Dicit enim de parte septentrionali ad deferta, quæ inter fœlicem Arabiam & Cœlosyrios & Iudæos est, usq; ad Arabici sinus recessum, quod ab heroum urbe, quæ est ad Nilum, recessus Arabici sinus, Nabatæam petram uersus usq; Babylonem, stadia sunt v. millia, & sexcenta. Ac tota quidem ad æstiuales ortus est, per adiacentes Arabum gentes, Nabatæos scilicet, Chaulotæos, & Agreos, ultra quos & fœlix Arabia, ad XII. millia stadiorum ad austrum exposita usque in Atlanticum pelagus. Incolunt eam primi post Syros, & Iudæos, homines agricultores. Post hos regio est arenosa & sterilis, quæ palmas habet non multas & acanthos & myricam, & fossiles aquas, quemadmodum Gedrosia. Eam Arabes Scenitæ camelorum pastores habitant. Ultima uero austrum uersus contra Æthiopiam assurgentia æstiuis imbribus tanguntur, & bis feruntur, quemadmodum India. Habent etiam flumina quæ in campos & lacus absumentur, & cum cæterorum fructuū, tum etiam mellificij abundantia est, pecorum quoque omnium copia, exceptis equis, mulis, & porcis. Auium etiam omnium præter anseres & gallinas. Ac ultima quidem regio, de qua antè diximus, à quatuor maximis nationibus inhabitatur, à Minæis, qui in parte sunt, Rubrum uersus, maxima eorum ciuitas Carna siue Carana. Hos sequuntur Sabæi, quorum metropolis est Mariaba. Tertij sunt Catabanenses, qui ad angustias, & Arabici sinus transitum descendunt. Eorum regio dicitur Tamna. Ad orientem, in primis sunt Chatramotitæ urbem Cabatanum habentes, earum quæque sub suo principe est, & fœlices sunt, & optimas templorum ac regiarum constructuras habent, domicilia uero lignorum compage, Ægyptiacis similia, & plus regionis occupant quatuor præfecturæ, quas nomos uocant, quàm Ægyptiacum Delta. Succedit apud eos in regno non filius patri, sed qui primus è nobili genere post constitutum regem nascitur. Nam simul ac aliquis in imperio constitutus est, omnes nobilium uirorum uxores prægnantes conscribuntur, & custodes apponuntur, qui obseruent quæ prima pepererit. Nam eius filius ex lege assumitur, & ad regni successorem regaliter educatur. Catabania thus gignit. Chatramotitica myrrham, & tum hæc, tum alia aromata mercatoribus præponuntur, qui ad eos ex Helanis Menæam ueniunt in diebus LXX. Elana urbs est in altero recessu Arabici sinus, qui apud Gazam est nomine Elaniticus, quemadmodum iam diximus. Gabei in Chatramotiticam in diebus XL. proficiscuntur. Arabici sinus latus, quod secus Arabiam est, ab Elanitico recessu incipiendo (ut Alexander, & Anaxicrates scripserunt) XIII. millia stadiorum comprehendit, quemadmodum sepe dictum est. Quod uero Troglodyticam uersus est, in dextra parte nauigantibus ab heroum urbe, usq; ad elephantum uentationem, & Ptolemaidem, stadiorum VIII. millia ad meridiem & paululū ad orientem. Hinc usq; ad angustias circiter quatuor millia, & quingenta magis ad orientem. Angustie Æthiopiam uersus à promontorio fiunt, quod Dira nominatur, & oppidū eodem nomine, quæ loca ab Ichthyophagis habitantur. Dicunt hoc in loco Sefostris Ægyptij columnam esse quæ sacris literis transitum eius significet. Is enim primus uidetur Æthiopiam Troglodyticamq; subegisse, postea in Arabiam transgressus, inde Asiam omnem permeauit, quapropter multis in locis Sefostris uallum appellatur, et Ægyptiorum deorum templa inueniuntur ab eo constructa. Angustie Dire proxime in LX. stadia contrahuntur, nunc uero non hæc dicuntur angustie, sed ulterius nauiganti, ubi traiectus est inter continentes CC. ferè stadiorū.

Ac

Nabatæi.
Chaulotæi.
Agréi.
Arabia fœlix.

Scenitæ.

Minæi.

Carna.

Sabæi.

Mariaba.

Catabanenses.

Tamna.

Chatramotitæ.

Cabatanus.

Nomi.

Catabania.

Chatramotitica myrrha.

Elana.

Elaniticus sin.

Dira.

Sefostris.

Ac sex quidem
gationes relinq
angustias uoca
myrriferam reg
ferat v. millia
in ora quidem
me habitatas.
denda, quæ &
torium, Dira
isunt. Tum
à sorore secund
phantum uena
noen, deinde ca
petra in mare e
po situs, deinc
magnum, ingr
cas, alteram m
qui immundu
Muris statione
ratur, & statib
in penitioris si
lata, uel quod r
ibus interficer
aureo resfulgen
uidetur ab his, c
Ægypti reges r
rum lapidum c
ta Ichthyopha
hunc principem
runt. Postea est
pius aspera est
est duorum fer
quæ plurimur
marinorum ca
qui à longe for
qui lisdis temp
alluta, post ear
tam, cum in u
fossa & muro
arcebatur. Int
qui ex lacu ort
Nilum. Post
cum dicitur. In
mine Elæa, &
eis dicta, Reg

Ac sex quidem insulæ inter se continue transitum implentes, ualde angustas nauigationes relinquunt, per quas merces ultro citreque ratibus transuectantur, atque has angustias uocant. Post insulas deinceps in sinum se inferenti, est nauigatio secus myrtiferam regionem ad meridiem atque auroram, usque ad eam quæ cinnamomum fert ad v. millia stadiorum, ultra hanc negant quenquam hactenus profectum. Et in ora quidem urbes esse, non tamen multas, in mediterranea uero multas, & optime habitatas. Ac de Arabia quidem hæc ab Eratosthene dicuntur, his ea sunt addenda, quæ & alij ea de re tradiderunt. Artemidorus scribit, Arabicum promontorium, Diræ oppositum, Acilam uocari, circa Diram eos habitare qui Glandes curti sunt. Tum ab heroum urbe nauiganti iuxta Troglodyticam Philoteram esse à sorore secundi Ptolemæi appellatam, Satyri opus, qui ad Troglodyticam & elephantum uenationem perscrutandam missus est. Deinde aliam urbem Arfinoën, deinde calidarum aquarum exitus, quæ amaræ ac falsæ ab excelsa quadam petra in mare emittunt. Non procul mons quidam est, rubrica plenus in campo situs, deinde Muris stationem, & Veneris stationem, uocari autem portum magnum, ingressu admodum flexuoso. In fronte insulas tres esse, duas olei opacas, alteram minus opacam, quæ meliagrides multas habeat. Deinceps sinum qui immundus dicitur, & ipsum contra Thebaidem situm, quemadmodum Muris stationem. Immundus idcirco, quia occultis cautibus, & dorsis exasperatur, & flatibus qui frequenter tempestates cient. Hoc in loco Beronicen urbem, in penitioris sinu positam. Post sinum est Ophiades insula ab euentu rei appellata, uel quod rex eam à serpentibus liberauit, uel quod multi applicantes, à serpentibus interficerentur, & propter topazia, is autem est lapis pellucidus, splendore aureo refulgens, ut interdum uideri non possit, usque adeo illustratur, noctu uero uidetur ab ijs, qui eum colligunt. Nam signo aliquo imposito, de die effodiunt. Ægypti reges maximam hominum multitudinem, mercede conductam, ad horum lapidum collectionem custodiãque collocauerant. Post hanc insulam multæ Ichthyophagorum & Nomadum nationes sunt. Postea Sopitæ deæ portus, hunc principes quidam è maximis periculis seruati, ab euentu rei sic nominauerunt. Postea est maxima & oræ & sinus mutatio. Nam præternauigatio non amplius aspera est, sed quodammodo cum Arabia coniungitur, ac pelagus humile est duorum ferè passuum, & summa eius facies herbida musco & alga pellucens, quæ plurimum in freto abundant, ubi arbores etiam sub aqua nascuntur. Fretum marinorum canum multitudinem fert. Postea sunt Tauri duo quidem montes, qui à longe formam quandam ostendunt tauris similem. Postea est alius mons, qui Isidis templum habet, Sefostris opus. Postea insula oleis consita mari circumalluta, post eam est Ptolemæis apud elephantum uenationem, ab Eumede conditam, cum in uenationem à Philadelpho mitteretur, clam cherroneso quadam & fossa & muro circumdata, & cultu & obsequijs eorum amicitia conciliata, à quibus arcebatur. Intra hoc spatium emittit pars quædam abrupta à flumine Astabora, qui ex lacu ortum habens partem emittit, cum ea uero, quæ maior est, influit in Nilum. Postea sunt insulæ sex, Latomiæ appellatæ, postea est os, quod Sabaiticum dicitur. In mediterranea castellum est, à Sucho conditum. Postea portus nomine Elæa, & Stratonis insula. Postea portus Saba, & elephantum uenatio ab eis dicta, Regio quæ interior est Tenesis dicitur, eam Ægyptij habent à Psam-

Dira.
Acila.
Glandes curti.
Philoteram.
Arfinoën.

Meliagrides.
Immundus sin.

Beronicen.

Ophiades inf.
Topazia.
Topazius lapis.

Sopita dea.

Tauri montes.

Isidis templum.
Ptolemæis.
Elephantum uenatio.

Astaboras flu.
Latomia.
Sabaiticum os.
Suchus.
Elæa.
Stratonis inf.
Saba.
Tenesis.

Sebrita. miticho profugi, & Sebritæ, id est aduenæ appellantur. Reginam habent sub qua est Meroë insula, his locis uicina, & in Nilo sita. Ultra Meroën est alia quædam insula in flumine non longe admodum, quam hi ipsi profugi inhabitant. A Meroë in hoc mare est iter dierum xv. homini expedito. Circa Meroën Astaboras, & Astapas influunt. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui etiam Elij uocantur, propterea quòd ex adiacente palude euulsis radicibus massulas conficiunt, & ad solem coctis uescuntur. Hæc loca leones alunt, qui sub canis exortum à maximis culicibus hinc expelluntur. Sunt etiam Spermophagi non procul, qui deficientibus seminibus, pomis nutriuntur, ea conficientes quemadmodum Rhizophagi radices. Post Eleam sunt Demetrii speculæ, & Cononis aræ. In mediterranea uero maxima Indicarum arundinum multitudo nascitur. Ea Coracij regio appellatur. Fuit etiam Endera quædã interius Gymnetarum hominum habitatio, qui arcu & arundineis sagittis præuistis utuntur. Hi frequentius feras ab arboribus sagittant, nonnunquam etiam à terra. Maxima est apud eos syluestrium bouum multitudo, ex horum & aliarum carnibus uitam trahunt. Cum uero nihil capiunt, sicca coria prunis affantes, ijs pro cibo utuntur. Mos est apud eos sagittandi certamen adolescentulis præponere. Post Cononis aræ, est portus Melinus, ultra quem est castellum, & uenationes plurimæ. Postea Antiphili portus, supra quem sunt Creophagi, Glandes curti, & eorum mulieres Iudaice excisæ. Supra hos quasi ad meridiem sunt Cynamolgi, qui ab indigenis Agrij appellantur, comati & barbati. Hi canes maximos alunt, quibus Indicos boues uenantur, è uicina regione uenientes siue à feris pulsos, siue pascuorum inopia. Eorum aduentus est ab æstiuo solstitio, usque ad mediam hyemem. Post Antiphili portum est alius portus, nomine Curtorum lucus, & Berenice ciuitas Sabæa, & Sabæa ciuitas maxima, postea Eumenis lucus. Vterius est urbs Daraba, & Elephantum uenatio, quæ ad puteum nominatur, eam Elephantophagi habitant, huiusmodi uenationem exercentes, elephantorum gregem per syluam delatum ex arbore aliqua cernentes, eum minime adoriuntur, sed ad eos qui ponè gradiuntur clam accedentes, neruos incidunt, nonnulli eos sagittis interficiunt, serpentum felle tinctis. Sagittatio per homines tres perficitur, quorum duo arcum tenent & ultra progrediuntur, tertius uero neruum trahit. Nonnulli arbores notant quibus elephantæ accumbere solent. Accedentes itaque ex altera parte truncum recidunt, cui cum bestia inhæserit, pariter cum arbore ruit, cumque surgere nequeat propterea quod crura continuum & inflexum os habeant, ex arboribus desilientes illam obruncant. Venatores à Nomadibus immundi uocantur. Supra hos sunt Struthophagi, gens non admodum magna, apud quos aues dicuntur esse, ceruorum magnitudine, quæ uolare non possunt, sed celeriter currunt, quemadmodum Struthocameli. Nonnulli eas arcu uenantur, nonnulli pellibus Struthorum tecti. nam dextram manum pelle colli operiunt, atque eam sic mouent, quemadmodum animalia collum, sinistra uero semen spargunt, è suspensa pera eductum, eo auem allicientes, in conualles detrudunt, ubi uiri animal circumstantes obruncant. Atque hi huiusmodi auium pelles induunt & substernunt. Cum ijs Aethiopes, qui Silli appellantur, bellum gerunt, orygam cornibus pro armis utentes. His finitimi sunt, qui cæteris & nigriores sunt & minores, & uitæ breuioris. Raro enim quadragesimum transcendent annu,

Astaboras flu.
Astapas flu.
Rhizophagi.
Elij.

Spermophagi.
Demetrii spe.
culæ.
Cononis aræ.
Coracij regio.
Endera.

Melinus port.
Antiphili portus.
Creophagi.
Mulieres excisæ.
Cynamolgi.
Agrij.
Boues Indici.
Curtorum lucus.

Berenice opp.
Sabæa.
Eumenis lucus.
Daraba.
Elephantum uenatio.
Elephantophagi.

Immundi.
Struthophagi.
Aues cerui magnitud.
Struthocameli.

Silli.

annum, eo
 zephyri ue
 sam materi
 tenebratas
 tuntur. Ut
 tudinem de
 aliquando
 tum usque in
 tant, & qui
 phantum u
 magna exp
 phagi in ref
 postea exas
 ciunt, rursum
 acruatas sp
 gunt. Non
 uellacunam
 scium utunt
 ijs qui siccar
 tum ascend
 num intum
 læ frondib
 cti. At C
 ut uel in eis
 los facientes
 qui statim à
 studinum, a
 laureta hab
 ex parte. Est
 natio, quæ F
 ultra hæcia
 prima quæ
 Gignit etia
 uenatio. N
 phantes pr
 ra, usque ad
 mare dicunt
 ro papyru
 rium iam s
 promonto
 quædam fl
 thuriferas a
 impletur.
 siam fert. A
 & phleum.

annum, eorū carne iam in ferinam uersa. Viuunt ex locustis, quas uerni Libes, ac zephyri uehementius flantes in ea loca compellunt. Eas hoc modo capiunt, fumo-
sam materiem in cōuallibus iniicientes, & incedentes (cum illæ parum uolent) ob-
tenebratas & cadentes colligunt, & admixto sale ex eis massulas conficiunt & u-
tuntur. Ultra hos est regio deserta quæ pascua larga habet, ob scorpionum multi-
tudinem derelicta, & aranearum quæ quadrimalæ appellantur. Hęc animalia adeo
aliquando affluerunt, ut hominibus ex toto fugam facerent. Post Eumenis por-
tum usq; in Diram, & sex insularum angustias, Ichthyophagi, Creophagiq; habi-
tant, & qui Curti appellantur, usque in mediterraneam. Sunt & aliæ quædam ele-
phantum uenationes, & urbes ignobiles, & insulæ ante maritimam oram, pastores
magna ex parte, agricolę pauci, apud nōnullos plurimus storax nascitur. Ichthyo-
phagi in reflexu maris pisces colligunt, eosque in petras iacentes, ad solem coquūt,
postea exassant, spinas quidem aceruant, carnem uero subigentes, massulas confi-
ciunt, rursumque ad solem positos edunt. Hyemecum pisces legere non possint,
aceruatas spinas conterentes, massulas conficiunt, & utuntur, recentes uero exu-
gunt. Nonnulli conchas, quæ carnem habeant, hoc modo nutriunt: Iis in fossam
uel lacunam aliquam immisis, pisciculos in cibum iniiciunt, atque in penuria pi-
scium utuntur. Sunt eis uaria piscium uiuaria, in quibus seruantur. Nonnulli ex
ijs qui siccam oram incolunt v. dierum iter cum tota familia Pæana canentes, aquas
tum ascendunt. Ibiq; proni proiecti more bouum bibunt, quousq; uenter in tympanum
intumescat, postea ad mare redeunt. Hi in speluncis habitant, uel tugurijs o-
leæ frondibus contectis, & trabibus ac tignis ex olsibus ac spinis cetorum perfe-
ctis. At Chelonophagi testudinum testis conteguntur, quæ adeo magnæ sunt,
ut uel in eis nauigent. Nonnulli ex alga mari eiecta ingentes & montosos cumu-
los facientes eos suffodiunt atque inhabitant, mortuos piscibus edendos iaciunt,
qui statim à fluctibus corripuntur. Ex insulis tres sunt deinceps, quarum una te-
studinum, alia phocarum, alia accipitrum dicitur. Tota ora palmeta, & oliueta, &
laureta habet, non modo quæ intra angustias est, sed etiam quæ extra est, magna
ex parte. Est etiam insula quædam Philippi, contra quam imminet elephantum ue-
natio, quæ Pythangeli dicitur, deinde Arsinoë ciuitas & portus, deinde Dira, &
ultra hæc iacet elephantum uenatio. Post Diram deinceps est regio aromatifera, &
prima quæ myrrham fert, quæ etiam Ichthyophagorum est & Creophagorum.
Gignit etiam Persicum & Aegyptiacum morum. Vterius est Licha elephantum
uenatio. Multis in locis sunt pluuiialium aquarum lacunæ, quibus arefactis ele-
phantes proboscide ac dentibus puteos effodiunt, & aquam inueniunt. In hac o-
ra, usque ad Pytholai promontoria, sunt duo ingentes lacus, alter aquæ falsæ, quem
mare dicunt, alter dulcis qui hippopotamos alit, & crocodilos. Circum labra ue-
ro papyrus, atqui & ibes in hoc loco conspiciuntur. Circa Pytholai promonto-
rium iam sunt homines integri corporibus. Post hos est regio thurifera in qua
promontorium est, quod sacrum populeum habet. In mediterranea est regio
quædam fluuiialis, quæ Isidis dicitur, & alia quædam Nilus. Ambæ myrrham &
thuriferas arbores innatas habent. Est etiam piscina quædam, quæ montanis aquis
impletur. Postea Leonis uicus, & Pythangeli portus. Sequens regio pseudocasia
& phleum, usq; ad eam quæ cinnamomum fert, flumen quod hanc dirimit, phleū

Locustarum e-
sus.Quadrimalæ
τὰ τετραπύρα.Creophagi.
Curti oi κούρας
βοί.

Ichthyophagi.

Chelonophagi
Testudinum te-
stis mira ma-
gnitudinis.Phocarum inf.
Accipitrum
insula.Pythangeli inf.
Arsinoë.
Dira.Elephantū ue-
natio.
Licha.

Pytholai pro.

Ibes.

Pythangeli
portus.
Pseudocasia.

Daphnūs portus. multum gignit. Postea est aliud flumen, & Daphnūs portus & fluuialis regio
tus. quæ Apollinis dicitur, & thus habet & myrrham & cinnamomum, quod pluri-
Elephas mons. mum in locis semotioribus uiget. Postea Elephas mons in mare expositus, & fossa
Psygmum. & Psygmum portus ingens, & Cynocephalorum aquatio, & Austri cornu, ul-
Cynocephalorum aquatio. timum huius oræ promontorium. Cum uero ad meridiem deflexit, negat se ul-
Austri cornu. terius portuum aut aliorum locorum descriptionem habere, quòd incognita sint,
Leones formice appellati. tamen in sequenti ora sunt columnæ & aræ Pytholai, & Lichæ, & Pythangeli,
Pardales. & leonis & Charimorti, per oram notam à Dira usque ad Austri cornu. Ipsa ue-
Rhinoceros. ro distantia ignota est. Hæc regio elephantis abundat, & leonibus, qui formicæ
 uocantur, & genitalia sursum uersa habent, & colorem aureum, nudiores Arabi-
 cis. Fert etiam pardales fortissimas, & rhinoceros, qui (ut Artemidorus ait)
 longitudine parum ab elephantis exceduntur, quod Alexandria uidisse affir-
 mat se, ferè etiam quantum ad altitudinem. Eius autem quem nos uidimus co-
 lor non buxo sed elephantis similis erat, magnitudo uero tauri, forma a proxi-
 ma præsertim quantum ad rictum, præter nasum, qui cornu quoddam est recur-
 uum, omni osse durius, eo pro armis utuntur, quemadmodum aper dentibus.
 Habet etiam duo cingula tanquàm draconum uolumina, à dorso usque ad ute-
 rum circumeuntia, alterum iubam uersus, alterum ad lumbum. Nos hæc de eo
 dicimus, quia nobis uisus est. Artemidorus ulterius addit, quod id animal
 de pastu cum elephante pugnet, eum rictu subiens, ac uterum rescindens, nisi ab
 elephantis proboscide uel dentibus anticipetur. In his locis Camelopardales na-
 scuntur, nullam cum pardali similitudinem habentes. Coloris enim uarietate
 hinnulo simillima est, uirgatis pilis distincto, posteriora quoque humiliora sunt
 anterioribus, ut à cauda sedere uideatur, ad bouis altitudinem. Anteriora uero
 crura à cameli cruribus non superantur, collum rectum est, & in altum auctum,
 uerticem paulo sublimiorem camelo habet, unde propter hanc incommensura-
 tionem, nec tantam celeritatem habere eum puto, quantam dixit Artemidorus,
 qui eam excellentem fecit. At nec fera est, sed pecus. nullam enim præ se sæuitiam
 fert. Gignuntur etiam ibi (ut ipse testatur) sphinges, & cynocephali, & cepi, qui
 faciem leonis, corpus reliquum pantheræ, magnitudinem damæ habent. Item ursi
 qui carnem edunt, nostros & magnitudine & celeritate longe exuperantes, colore
 autem fului. Crocutas quoque (ut ille inquit) ex cane, lupoque permixtus est.
 Quæ uero Metrodorus Scepsius in libro de consuetudine dicit, fabulosa sunt, &
 minime curanda. Artemidorus draconum magnitudines refert tricenùm cubi-
 torum qui tauros elephantosque capiant, moderatus sanè in his. Nam Indici ac
 Libyci dracones fabulosiores sunt, super quibus herba etiam innasci dicitur. Tro-
 glodytarum uita pastoralis est, ij multos tyrannos habent, mulieres & filij eis com-
 munes, nisi quæ tyrannorum sunt. Qui tyranni uxorem corruperit oue mulctatur.
 Eorum mulieres diligenter sibi cerusam inducunt. Circum collum conchas
 contra fascino gestant. Viri de pascuis contendunt, primo se manibus im-
 pellentes, deinde lapidibus: quod si uulnus fiat, tunc sagittis & gladijs res geritur,
 sed mulieres in medium prodeunt, & preces effundentes, illos conciliant. Ves-
 cuntur carnibus & ossibus simul contulis, & in coria inuolutis, & postea assa-
 tis. Itemque modis alijs quos coci norunt. Cocos ipsi immundos uocant, quare
 non solum carnes & ossa, sed etiam coria comedunt. Vescuntur etiam sanguine
 admi

Fera dicitur, pe-
cus dicitur.
Sphinges.
Cynocephali.
Cepi.

Crocutas fera.

Dracones sup-
er quibus herba
innascitur.
Troglodytae.

Mulieres paci-
conciliantes.

coci immundi.

admixto la-
 mulsum pe-
 flant. nam &
 ti, & seipio-
 quemadmo-
 ornatas, ut
 cu & lancea
 cum pedib-
 ris aspectum
 agunt, pe-
 reantur. Ar-
 cantu quod
 dixit, reuert-
 minant, &
 Elaniticum
 aquis abund-
 gio astuosa.
 Luco uir &
 centes, dorm-
 nem. Postea
 mo promon-
 cuntur, & u-
 aromata cor-
 rum alij era-
 nam eos ad-
 lumpserunt,
 niticus sinus
 in fronte sun-
 prædari ceper-
 derunt, ab ea
 core abunda-
 damis. Sun-
 fronte nomi-
 clusus, cuius
 lium uenato-
 digenis, qua-
 ceptus est litus.
 diorū, portu-
 asper export-
 ferunt ete-
 las infulas ha-
 hos est Char-
 scaphæ peric-
 & cultui ap-
 madum uic-

admixto lacte, uulguis aquam bibit, in qua paliurus sit immadefactus. Tyranni
 mulsum potant, melle e flore quodam expresso. Hyemem habent cum etesiae
 flant. nam & imbres habent, aetatem uero reliquum tempus. Nudi sunt, & pellicu-
 ti, & scipiones gestant, & sunt non solum curti, sed etiam circuncisi nonnulli,
 quemadmodum Aegyptij. Aethiopes uero Megabari clauas gerunt, ferreis nodis
 ornatas, utuntur etiam lanceis, & scutis, ex corio confectis. Reliqui Aethiopes ar-
 cu & lancea, nonnulli ex Troglodytis sepeliunt, paliuri uirgis, mortui ceruicem
 cum pedibus alligantes, postea subito efferunt, laeti ac ridentes, quousque corpo-
 ris aspectum occultent. Deinde imposito caprae cornu, abscedunt. Iter noctu per-
 agunt, pecoribus masculis tintinnabula e collo suspendunt, ut ferae sonitu exte-
 reantur. Arcu & facibus contra feras utuntur. Inuigilant ad ignem gregis gratia,
 cantu quodam utentes. Cum uero haec de Troglodytis ac uicinis Aethiopibus
 dixit, reuertitur in Arabiam, ac primo eos persequitur, qui Arabicum sinum ter-
 minant, & Troglodytis opponuntur, a Posidio incipiens, dicit itaque hoc ultra
 Elaniticum recessum iacere. Posidio uero continuum esse palmetum quoddam
 aquis abundans, & in magno honore haberi, propterea quod tota circumstantis re-
 gio aestuosa sit, & arida & umbrarum expers. Hic maxima palmarum copia est.
 Luco uir & uxor praesunt per genus constituti, pelliti ambo, uictum ex palmis du-
 centes, dormiunt in tugurijs factis super arboribus, propter ferarum multitudine-
 nem. Postea est Phocarum insula, a multitudine earum beluarum dicta. In proxi-
 mo promontorium est, quod usque ad Arabum petram pertendit, qui Nabataei di-
 cuntur, & usque in Palaestynam, in quam & Menaei & Gerrhaei, & uicini omnes
 aromata conuehant. Postea est alia ora, quae prius Maranitarum dicebatur, quo-
 rum alij erant agricolae, alij tugurales, nunc Garindae illos dolo interemerunt.
 nam eos adorti, dum festa quaedam quinquennia celebrarent, non solum eos as-
 sumpserunt, sed etiam ingruentes in alios, funditus omnes deleuere. Postea est Ela-
 niticus sinus, & Nabataea populosa sane regio & pascuis abundans. Insulae quae
 in fronte sunt, ab hominibus tenentur, qui prius quietem agebant, postea ratibus
 praedari ceperunt, eos qui ex Aegypto nauigabant, sed classe ingruente, poenas de-
 derunt, ab ea delati. Deinceps est campus, aquis & arboribus plenus, & omni pe-
 core abundans cum caetero, tum etiam camelis & mulis syluestribus, & ceruis, &
 damis. Sunt etiam in eo leones & pardales & lupi plurimi. Est insula quaedam in
 fronte nomine Dia. Postea sinus quingentorum fere stadiorum a montibus circun-
 clusus, cuius os ingressu difficile est. Circumhabitant homines terrestrium anima-
 lium uenatores. Postea sunt insulae tres deserta, oleis obsita non nostratibus, sed in-
 digenis, quas Aethiopicas uocamus, earum lachryma medicam uim habet. Deinceps
 est litus lapidosum, posthac est ora aspera & nauigatu difficilis mille fere sta-
 diorum, portuum & iaciendarum anchorarum inopia. Nam mons quidam altus &
 asper exporrigitur, postea montium ima speluncis plena usque ad mare, quae praesertim
 etesiae & pluuijs ineuitabile periculum exhibent. Dehinc est sinus, qui spar-
 sas insulas habet, protinus sunt cumuli arenae nigerrimae tres, ualde excelsi. Post
 hos est Charmothas portus c. fere stadiorum ambitu, ingressu angusto, & omni
 scaphae periculoso, emittit in eum flumen. In medio insula iacet arboribus plena
 & cultui apta. Dehinc est ora aspera, postquam sinus quidam est, & regio No-
 madum uictum ex camelis ducentium. Nam & ex eis pugnant & iter faciunt,

Megabari.
 Clauae ferreis
 nodis.
 Paliurus.

Tintinnabula
 maribus suspen-
 duntur.

Palmetum.

Phocarum insula.
 Nabataei Ara-
 bes.
 Menaei.
 Gerrhaei.
 Maranite.
 Garindae.

Nabataea.

Dia insula.

Charmothas.

& nutriuntur lacte & carnibus utuntur, flumen per eos labitur quod auri strigila
 lem defert, quanquam id operari nesciunt. Hi Debe uocantur, quorum alij pasto-
 res sunt, alij agricolae. Ego prisca gentium uocabula, tum propter eorum obscurita-
 tem, tum propter absurditatem pronuntiandi, non pono. Post hos sunt homines
 mitiores, temperatiorem quidem terram habitantes. Nam & aquas & imbres affa-
 tim habent. Apud eos aurum effoditur non strigiles, sed glebulæ quaedam, quæ
 non multa purgatione indigent, magnitudine minima sanse, mediana mespili, ma-
 xima nucis, quas perforantes cum lapillis pellucidis alternis positis armillas fa-
 ciunt, inserto filo, & collo manibusque circumponunt. Vendunt id aurum uicinis uili-
 pretio, æris triplo, argenti duplo, tum propter operandi inscitiam, tum propter in-
 opiam eorum, quæ contra accipiuntur, quorum usus magis est ad uitam necessa-
 rius. His proxima est felicissima Sabæorum terra, quæ maxima natio est. Apud
 hos thus, & myrrha, & cinnamomum nascitur. In ora etiam balsamum, & alia quæ-
 dam herba ualde odorata, quanquam eius odor cito deperit, habent præterea pal-
 mas odoratas, & calamum. Serpentes quoque palmares, colore puniceo, usque ad ilia
 affilientes, quorum morsus incurabilis est. Homines propter maximam fructuum
 copiam otiosi segnesque uiuunt. In radicibus arborum cubant, & ex eis incidunt quæ
 proximi suscipientes protinus alter alteri consequenti tradunt, usque in Syriam atque
 Mesopotamiam. Ab odoribus autem stupefacti, bituminis suffitu & hirci barba,
 stuporem tollunt. Meriaba Sabæorum urbs in monte iacet arboribus pleno. Sub
 rege sunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum potestatem habet. Alijs uero regibus
 fas non est, aut subito eum turbæ abdicant, idque ob causam quandam, & tum ipse,
 tum sui in delicijs muliebribus uiuunt. Multitudinis pars agriculturam exercet,
 pars aromata mercatur, & indigena & Aethiopica, nauigantes ad ea per angustias,
 nauigijs ex corio confectis, & profecto tanta sunt apud eos aromata, ut pro fructi-
 bus & cætera combustibili materie, cinnamomo, casia, cæterisque utantur. Apud Sa-
 bæos larimum nascitur, suffitu odoratissimum. Hi atque Garrei ditissimi sunt ex
 mercatura, supellectilem ex auro & argento multam habent, uasa, lectos, tripodas,
 crateras cum operculis, domosque sumptuosas. Nam & portæ & parietes, & tecta ex
 ebore, auro, argento, lapidibusque in crustatis, sunt distincta. Atque hæc sunt quæ ille
 de his dixit. Cætera uero partim refert quemadmodum Eratosthenes, partim & ab
 alijs historicis sumpta. Dicit enim quosdam putare, mare Rubrum esse, à colore per
 refectionem expresso, uel à sole cum supra uerticem est, uel à montibus ex adustione
 rubentibus. nam utroque modo uerisimile est. Ctesiam uero Gnidium historiae
 mandasse, fontem quendam esse, qui aquam rubicundam, ac minio plenam in ma-
 re emittit. Agatharcidem autem illius ciuem à Boxo quodam accepta tradidisse,
 quod Persa quidam, cum equorum armentum, à læna a silo tacta, usque ad mare
 agigaretur, atque inde in insulam quandam transmitteret, primus constructa rate in
 insulam transierit, uidensque eam habitabilem, armentum rursus in Persiam abege-
 rit, ac missis in eam & in alias insulas, & in maritimam oram colonis, pelagus de suo
 nomine appellarit. Alios uero, Persei filium Erythram asserere, qui in his locis im-
 perarit. Sunt qui uelint ab Arabici sinus angustijs, usque ad extremam cinnamo-
 mi terram esse stadiorum v. millia, non satis aperte, nec ad austrum nec ad orientem.
 Proditum est etiam smaragdum & beryllum in auri uena innasci. Suntque apud
 Arabes (ut Posidonius refert) sales odorati. Supra Syriam Nabataei, ac Sabæi
 felici

Sabæorum terra

Thus.

Myrrha.

Cinnamomum.

Balsamum.

Stupor ex odoribus.

Meriaba.

Cinnamomum

pro combusti-

bili ligno.

Larimum.

Sabæorum di-

uitia.

Rubrum mare

unde.

Erythras.

Smaragdus.

Beryllus.

Nabataei.

Sabæi.

felicem A
 rum effert
 quæ Petra
 pibus ac p
 rimos habi
 uerfus. Hi
 metum ue
 dalibus, qu
 Vnde & A
 ratione qu
 nisse, qui e
 tem agitan
 Gallo in A
 stus Cesar
 montes &
 qui perang
 sibi uolente
 tiffimos esse
 & nihil in r
 usurum spe
 æorum sp
 His fretus
 qui se iter m
 cit. nam nec
 gos an fract
 bus uel coen
 turbauerun
 runt, nullo
 Arabes, sec
 ta dicota æ
 Nili fossæ p
 quæ supelle
 qui in Ægy
 tæi mille cu
 uicum peru
 rum non ull
 re. Id Sylæi
 duci posse,
 tudine tutu
 citu differa
 bus præser
 tium est. O
 rebat (ut eg
 pere opera
 bus confec

felicem Arabiam incolunt. Hi sæpe Syriam excurrebant priusquam Romano-
 rum esset, nunc & ipsi & Syri Romanis parent. Nabataeorum metropolis est ea,
 quæ Petra nominatur. Ea in loco alioquin æquo & plano iacet, in circuitu uero ru-
 pibus ac præcipitijs murato, introrsum fontes, & ad hortos & aquationem ubera-
 rimos habente. Extra circuitū regio magna ex parte deserta est, præsertim Iudæam
 uersus. Hinc Hiericum tem breuissimum iter est, trium dierum aut quatuor. In Pal-
 metum uero v. Semper ibi aliquis è regia stirperegna, tum rex ipse aliquem ex so-
 dalibus, qui frater uocatur, curatorem habet, & iustissime omnia administrantur.
 Vnde & Antenorodorus philosophus sodalis noster, reuersus in patriā, cum admi-
 ratione quadam narrabat, multos se tum ex Romanis, tum ex alijs peregrinis inue-
 nisse, qui eò profecti essent, ac peregrinos quidem sæpe & inter se maximam quie-
 tem agitantes. Recens Romanorum expeditio, quæ nostro tempore duce Ælio
 Gallo in Arabiam facta est, permulta eius regionis peculiaria docet. Ælium Augu-
 stus Cæsar in Arabiam misit, quo eas gentes & loca pertentaret, præterea Æthiopū
 montes & Troglodyticam Ægypto finitimam, & uicinum ijs Arabicū sinum,
 qui per angustum sanè Arabes dirimit à Troglodytis, eo consilio scilicet ut uel eos
 sibi uolentes conciliaret, uel subigeret inuitos. Audiebat enim ex omni tempore di-
 tissimos esse, qui & auro & argento & pretiosis lapidibus aromata permutarent,
 & nihil in rebus extrinsecus accipiendis expenderēt. Aut enim se diuitibus amicis
 usurum sperabat, aut locupletes inimicos superaturum, permultumq̄ eum Naba-
 tæorum spes erexerat, qui cum amici essent, in omnibus se fautores pollicebantur.
 His fretus Gallus exercitum duxit, sed à Sylæo, Nabataeorum legato deceptus est,
 qui se iter monstraturum, & in omnibus faurum pollicitus, omnia insidiosè fe-
 cit. nam nec tutum iter nec expeditam nauigationem exhibuit, sed per auia, & lon-
 gos anfractus, & loca omnium indiga, & importuosa ducens, uel occultis cauti-
 bus uel cœnosis stagnis obiecit, sed præcipue maris affluxus, ac refluxus eos per-
 turbauerunt, atque id maxime in initio erratū fuit, quod longa nauigia construxe-
 runt, nullo nec præsentis nec futuro nauali prælio. Nam nec terra ualde bellaces sunt
 Arabes, sed caupones potius, ac mercatores, nec etiam mari. Ille uero ad octoginta
 ta dicota ædificauit, & triremes, & phaselos, iuxta Cleopatridem, quæ antiquæ
 Nili fossæ proxima est. Et cum falli non putaret, fabricatus est c. ac xxx. nauigia,
 quæ supellectilem ferrent, quibus nauigauit, ducens peditum Romanorum ex his
 qui in Ægypto erant & sociorū circiter x. millia, quibus Iudæi quingenti, & Naba-
 tæi mille cum Sylæo erant. Tandem multa perpeffus, quintodecimo die in Albū
 uicum peruenit, maximum Nabataeorū emporium, multis nauigijs amissis, quo-
 rum nonnulla cum ipsis hominibus nullo bello, sed ob nauigandi difficultatē perie-
 re. Id Sylæi improbitas fecit, negantis terrestri itinere in Album uicum exercitum
 duci posse, in quem ac etiam ulterius mercatores tanta camelorū & hominū multi-
 tudine tutū & copiosum iter ex Petra in alteram Petram peragunt, ut nihil ab exer-
 citu differant. Quæ idcirco eueniebant, quia rex Obodas nihil de cōmunibus re-
 bus præsertim bellicis sollicitus erat, quod omnibus Arabum regibus cōmune ui-
 tium est. Omnia enim sub Sylæi legati potestate erant. Is omnia dolo struens quæ-
 rebat (ut ego quidem existimo) regionem peruidere, & urbes & gentes aliquas ca-
 pere opera Ro. seq̄ rerū dominū efficere. Illis morbo, fame, labore, & malis omni-
 bus confectis, quæcunq̄ ipse dolo moliebatur. Quare in Album uicum peruenit

Petra urbs.

Frater.

Antenorodorus.

Ælius Gallus.

Sylæus.

Arabes imbel-

les.

Cleopatris op.

Album uicus.

Obodas.

iam exercitu oris, & crurum uitijs, cæterisque eius loci morbis tentato, quorum illa circa os, hæc circa crura resolutio quædam sunt ob aquas & fructus proueniens. Aestatem itaque achyemem ibi agere coactus est, dum reficeret infirmos. Ex Albo uico in ipsam Petram, ex Petra Rhinocolura quæ in ipsa Phœnicia est apud Aegyptum, merces comportantur, atque hinc in alia loca, nunc pars maxima per Nilum Alexandriam uehitur. Arabica & Indica merces in Muris portum, postea camelis Coptum Thebaicam transcendunt, inde Alexandria per Nili fossam. Rursum Gallus ex Albo uico cum exercitu digressus, per eiusmodi loca profectus est, ut camelis aquam portarent, eorum improbitate qui uiam monstrabant. Quare post multos dies in Aretæ terram peruenit, qui Obodæ affinitate cõiunctus erat. Is Gal lum amice suscepit, & dona obtulit. Sed Sylæi proditio, & hanc regionem difficilem reddidit. Eam itaque in diebus xxx. permeauit per loca inuia, spelta et palmulis non multis & butyro pro oleo usus. Quam uero deinceps adibat Nomadum erat, & re uera magna ex parte deserta, ea Ararena dicebatur, rex erat Sabus, quam etiam per auia permeauit diebus l. consumptis, usque ad urbem Agranorum & pacatam & fertilem regionem, eorum rex aufugit, urbs primo ad ortu capta est. Hinc post sextum diem ad flumen peruenit. Ibi iam barbaris ad pugnam instructis, e quibus ad decem millia ceciderunt, ex Romanis duo homines tantum. Nam omnino imbelles erant & armis imperite utebantur, arcu, & lancea, & gladio, & funda, & magna ex parte bipennibus. Mox etiam urbem cepit nomine Asca à rege derelictam. Hinc Athrulla uenit, quam nullo negotio cepit, & presidio firmavit, & frumenti & palmularum uiativo comparato, Marfyabas processit urbem Rhamanitarum, qui sub Ilasfaro erat. Eam ad ortus sex diebus obsedit, postea aquæ inopia destitit ab incepto. Iam duorum dierum itinere aberat ab aromatifera, ut ipse ex capriuis intelligebat, sex menses contriuit inaniter ductus, persensit tamen sero atque aspectu insidias deprehendit, dum per aliam uiam reuerteretur. Nam nonis castris Anagrana peruenit, ubi prælium commissum fuerat, undecimis deinde ad septem puteos, à re ipsa sic nominatos. Hinc iam per loca pacata, in uicum Chaala, post in alium nomine Malotham ad flumen positum, postea per deserta non multum aquæ habentia usque in uicum Negram, qui sub Oboda est, & ad mare iacet. In reditu totum iter in diebus sexaginta peregit, in quo prius sex menses consumpserat. Hinc in Muris stationem, exercitum in diebus undecim traiecit, unde Coptum itur. Cum utilibus itaque copijs Alexandriam profectus est. Cæteros enim non bello, sed fame, labore, morbo, & itinerum difficultate amiserat. Nam septem duntaxat in bello perierant, quam ob rem nec multum hæc expeditio profuit ad locorum cognitionem, non nihil tamen adiuuit. At Sylæus huius rei causa, Romæ pœnas dedit, quanquam amicitiam simularet. Nam cum & ad hanc perfidiam, alia facinora patrare conuictus esset, securi percussus est. Aromatiferam regionem in partes quatuor (ut antè dictum est) diducunt. Ex aromatibus, thus & myrrham ex arboribus esse dicunt, casiam uero ex lacubus. Sunt qui dicant magnam eius partem ex India afferri, thus optimum apud Persiam nasci. Sed alia quadam diuisione totam foelicem regionem in quinque regna partiuntur, quorum aliud bellatores, & omnium propugnatores habet, aliud agricultores, à quibus frumentum ad alios importatur, aliud eos qui opificia & artes tractant, aliud myrrham fert, aliud uero thus. Eadem tamen Arabum mores & casiam & cinnamomum, & nardum ferunt. Artes ac studia ab alio in alium non

trans

transferunt
palmulis
Qui ex ead
runt, omni
Vna omni
congruente
grandiore
matribus
quidam
cim habere
tinue ad ear
baculis con
similem an
furus, illi fir
portam acc
eo autem q
ad patrem
quidem con
opes suas in
apud eos se
sibi, ut etia
uiuio bini
nue conuic
culo, & ad
stret. Sæpe
tur. Domu
Regio omni
magni, equ
gaculis &
nime, quæ
ferrum &
tabula, no
quit) cada
tur. Solem
& thus ad
dellinas d
Veni ad A
Dubita
tibus, quo
fulares tra
nios ipsos
ab etymol
scripturã
immutan
admodum

transferuntur, sed quicquid in patrijs permanent institutis. Vinum magna ex parte ex Arabū mores. palmulis conficitur. Fratres honore filios antecedunt, quod natu grandiores sunt. Qui ex eadem gente sunt regnant, & ceteros magistratus obeunt, quæ possederunt, omnibus consanguineis sunt communia, sed natu grandior dominus est. Vna omnibus uxor est, qui prior ingreditur, posito ante ianuam baculo cum ea congregitur (nam in morem habent, ut quisquis baculum gerat) ea tamen cum grandiore pernoctat, quapropter omnes omnium sunt fratres, coeunt etiam cum matribus, adulter capite plectitur. Adulter uero ex alio genere est. Sed huiusmodi quiddam narratur: Regis cuiusdam filia mira pulchritudine, cum fratres quindecim haberet, qui omnes eam misere adamarent, & propterea alius post alium continue ad eam ingrederentur, iam defessa, rem huiusmodi machinatur, baculos facit baculis eorum per similes, & cum quisque ab ea exiret, continuo baculum aliquem similem ante ianuam ponebat, & paulo post alium, considerans ne qui esset ingressurus, illi similem haberet. Cum itaque aliquando omnes in foro essent, unus ad portam accedens, & baculum uidens, putauit ex hoc aliquem intus cum ea esse, ex eo autem quod fratres omnes in foro reliquisset, adulterum suspicatus est, currens ad patrem, atque huc eum adducens conuictus est sororem falso criminari. Nabataei Nabatæorum mores. quidem continentes sunt, & rei parandæ atque conseruandæ intenti. Quare qui opes suas imminuit, publice mulctatur: qui auget, honore afficitur: & cum pauci apud eos seruiant, frequentius consanguinei ministrant, uel alter alteri, uel quisquis sibi, ut etiam hic mos ad reges perueniat. Conuiuia faciunt per tredenos, cuique conuiuio bini adsunt, qui musicam exercent. Rex in apparatu maximo multa continue conuiuia celebrat, nemo supra duodena pocula bibit, alio atque alio aureo poculo, & adeo rex popularis est, ut ad id, quod ipse sibi ministrat, etiam alij ministret. Sæpe etiam apud populum pœnas dat, nonnunquam in eius uitam inquiritur. Domus sunt ex lapide sumptuoso, urbes sine mœnibus. nam in pace degunt. Regio omnium ferax præter oleum, utuntur oleo sesamino, oues sunt albæ, boues magni, equos non habent, sed cameli implent eorum officium. Tunicæ in subligaculis & sandalijs, reges purpurati incedunt, quædam importantur, quædam minime, quædam indigena sunt, aurum, argentum, & plurima ex aromatibus æs & ferrum & uestis purpurea, & storax, & crocus & costus, & toreumata, & signa, & tabulæ, non sunt indigena. Mortua corpora æque atque sterces (ut Heraclitus in cadauera in sterquilinijs de fossa. Heracliti sententia. quit) cadauera stercore abiectiora, quapropter reges etiã in sterquilinijs defodiuntur. Solem colunt Arulam super aram constituentes, & quotidie in ea immolant, & thus adolent. Sed cum poëta dicat,

ἄλλοπας δ' ἐν ὀφύλῳ καὶ σιδωνίῳ καὶ ἑρέμβοις.

Veni ad Æthiopas, Sidonios & Erembos.

Dubitant qui nam ij dicendi sint, ac de Sidonijs quidē in Persico sinu habitantibus, quorum coloni sunt Sidonij nostri, quemadmodū et Tyrios quosdā ibi insulares tradunt, & Aradios, quorum colonos Aradios nostros dicunt, ita & Sidonios ipsos. Sed tota questio de Erembis est, an Troglodyte intelligi debeant, quasi ab etymologia cogatur ab eo, quod in terram eant, an Arabes. Ac noster Zeno sic scripturā mutat, Sidonios, Arabasque. Sed uerisimilius scribit Posidonius paululū immutans, Sidonios atque Erembos, quod poëta sic nūc Arabes uocauerit, quemadmodū ab alijs suo tempore uocabatur. Dicit etiam has tres nationes cōtinenter

Arabū mores.

Baculos gestandi mor.

Soror xv. fratrum.

Nabatæorum mores.

Cadauera in sterquilinijs de fossa. Heracliti sententia.

Sidonij. Tyrij.

Aradij. Erembi unde.